

16242

ADUMBRATIO MEDICO-TOPOGRAPHICA  
URBIS RIGAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI  
MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE CAESAREA LITERARUM  
DORPATENSI,

UT GRADUM

DOCTORIS MEDICINAE


RITE OBTINEAT,

LOCO CONSUETO PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

*HENRICUS IOANNES LEITHANN,*

RIGA-LIVONUS.



DORPATI LIVONORUM,

TYPIS J. C. SCHÜNMANNI, TYPOGRAPHI ACADEMICI.

MDCCCXXVIII.

VIRO ILLUSTRİ, GENEROSISSIMO,  
EXPERIENTISSIMO

Imprimatur,

ea tamen conditione, ut, simulac typis excusa fuerit haec  
dissertatio, septem exemplaria collegio, cui librorum cen-  
sura est mandata, tradantur.

Dorpatii Livonorum d. vii. Mens. Maji MDCCCXXXVIII.

Dr. Sahmen,  
Decanus.

OTTONI DE HUHN

MED. ET CHIR. DOCT., A CONS. COLLEG. ROSSIC., ORDIN. ST.  
ANNAE SECUND. ET ST. VLADIMIRI QUART. CL. EQUIT., PRAESIDI  
EVOCATORUM INTERIORIS DELIBERATIONIS COLLEGII, CUI CURA  
AUXILII LIVONIAE REGNIS FERENDI COMMISSA EST, COLLEGII  
MEDIC. SUPREM. PETROPOLIT., SOCIETAT. OECONOMICAE LIVONIC.,  
SOCIET. LITERAR. PRACTIC. CIVIUM RIGENS., SOCIET. REG. JEN-  
NERIAN. LONDINENS., UNIVERSIT. CHARCOVIENS. SOCIO HONORARIO,  
SOCIETAT. PHILANTHROPIC. PETROPOLITAN., SOCIETAT. NATUR.  
CURIOS., NEC NON PHYSICO-MEDIC. MOSQUENS., SOCIETAT. MI-  
NERALOGIC. JENENS., SOCIETAT. LITERAR. GOTTINGENS., SOCIETAT.  
MEDICOR. ET CHIRURGOR. HELVETICOR. EPISTOLAR.  
COMMERCIO JUNCTO, ETC.

D 17528  
14632 9602

AMICIS AMANTISSIMIS,

O. BAUMANNIO, G. H. FRANTZIO,  
J. IRBERO, A. DE RAMMIO, A. DE  
WULFFIO ET MANIBUS N. S.  
KOSCHKULI,

NEC NON

QUIBUSCUM IN ALMA LITERARUM SEDE  
DORPATENSI UNUM EUNDEMQUE FINEM  
ASSEQUI STUDUIT,

HASCE LABORUM SUORUM PRIMITIAS  
PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

*P r a e f a t i o.*

*Si tempus, perfectiora!*

*Fuere res, quae me, ut dissertationem in urbe patria conficerem, impulerunt. Procul a literarum sede, ejusque magnis librorum opibus, eas res considerare incepti, quae proxima mihi erant et sufficientem materiem ad dissertationem componendam suppeditabant. Non sine difficultate tamen etiam hunc conatum ad finem perduxi et quo accuratius rem perscrutabar, eo magis tempus ad materiem plane exhauriendam mihi deesse sentiebam.*

*Alia quoque cogitatio semper animo meo obversabatur. Cum omnibus, tum medico praecipua agendi norma utilitas communis esse debet. Tractatione materiei, quam elegi, aliquantulum saltem utilitatis omnibus conferre mihi visus sum.*

*Neque tamen, etsi voluntas sane non de-  
erat, haec pauca in medium proferre potuis-  
sem, nisi conatum meum viri doctissimi atque  
humanissimi adjuvissent; quod praecipue mihi  
praedicandum est de viro experientissimè, pro  
viribus usibus publicis consulenti, atque ab  
Imperatore nostro honorato, cui hoc opuscu-  
lum dedicavi.*

*In votis mihi est, lector benevole, ut de  
conatu meo secundum ea, quae dixi, judices.  
In hoc tanto campo, quem adumbratum ante  
oculos tibi posui, multa adhuc elaboranda  
restant. Fortasse postea mihi otium et occa-  
sio erit hujus campi plane illustrandi, ut ali-  
quando opere perfectiore memoriam hujus  
primi conatus, ejusque manci et imperfecti,  
deleam, ac benevolentiae eorum, qui hoc opus-  
culum contemplatione et judicio suo dignan-  
tur, respondeam.*

## S c r i p t a.

- Aug. Wilh. Hupelii topographische Nachrichten von  
Esthland und Livland. Rigae 1774, 1777 et 1782.  
Ejusdem gegenwärtige Verfassung der Rigischen und  
Revalschen Statthalterschaft, zur Ergänzung der  
topographischen Nachrichten von Liv- und Esth-  
land. Rigae 1789.  
Ejusdem nordische Miscellen. Rigae.  
Fr. Eckarti topographische Uebersicht der Rigischen  
Statthalterschaft in 25 Tabellen. Rigae 1792 in Fol.  
Friebii physisch - ökonomische und statistische Bemerkungen  
von Livland und Esthland. Rigae 1794.  
Liberi Baronis a Campenhausen fünf cameralistische  
Tabellen über die Statthalterschaft Riga.  
Ejusdem Livländisches Magazin. Petropoli 1804.  
Brotzii Livland am Ende des 18ten Jahrhunderts. M.  
S. (in bibliotheca publica Rigensi inveniendum.)

Consiliarii, Equitis J. Meyeri. Neues Post- Addressbuch für Livland und Oesel. Rigaë 1820.

Otton. Huhnii Beschreibung der Stadt Riga, in linguam Rossicam versa a Wass. Dschukovsky. 2 Vol. Petropoli 1805.

Ejusdem Дополнение къ медико-топографическому описанію Лифландій. въ С. Петербургѣ.

Schnellii Beschreibung der russischen Provinzen an der Ostsee. Jenae 1794.

Comitis Augusti a Mellin Atlas von Livland und Esthland. 1791 et 1798.

G. Reymanni die neueste Postkarte von Esth-, Liv- und Curland. Berolini 1818.

Fischeri Zusätze zur Geschichte Livlands. Rigaë 1767.

Der Landarzt, eine medicinische Wochenschrift. Rigaë 1769.

Dr. K. G. Sonntagii, Polizei für Livland, von der ältesten Zeit bis 1820. Rigaë 1821.

D. a Bienenstamm geographischer Abriss der drei deutschen Ostseeprovinzen Russlands. Rigaë 1826.

K. E. Napierskii, allgemeines Schriftsteller- und Gelehrten-Lexicon der Ostseeprovinzen. Tom I. Mitaviae 1827.

Essay critique sur l'histoire de la Livonie, par L. C.

D. B. T. 5. Dorpati 1819.

## De urbe et agro Rigensi.

Urbi Rigae \*) nomen dedit parvum brachium Chesini (Dünae), Rige dictum, ad quod anno circiter 1200 p. Ch. n., Alberto, episcopo tertio in Livonia, imperante, a Germanicis mercatoribus et equitibus condita est. Ille interim rivulus, Rige vocatus, decursu temporum sensim sensimque tantopere limo impletus fuit, ut anno 1733 placuerit, eum omnino terra explere, ejusque loco cloacam obiectam condere, quae, Rising nōminata, adhuc urbem permeat. Sita est sub 56° 57' 1—5" latitudinis septentrionalis et 41° 40' 30" longitudinis orientalis, in regione humili, multis colibus arenosis cincta, ad dextram ripam Chesini, qui tredecim milliariis Rossicis ab urbe in mare effluit. Ab initio condita fuit in regione elatiore, quae adhuc

\*) V. Bienenstamm l. c.

sub nomine oppidi veteris intra moenia nostra exstat. Riga nostra, vallis munita, urbibus primi ordinis adnumeratur, non solum, quia urbs primaria provinciae est, verum etiam quia summi magistratus Livoniae hic commorantur, et praeses Plescoviae, Livoniae, Esthoniae et Curoniae sedem suam in eadem figere jussus est. — Si ad mercaturam respicis, urbs Riga summae dignitatis, et post Petropolim prima urbs mercatoriq; totius imperii est. Munimenta non solum castellum, a militibus occupatum, sed urbem ipsam quoque includunt, quae in duas partes divisa est, quarum primae sub finem a. 1827 527 domus, 2795 incolae sexus masculini et 2553 sexus feminini, alteri 429 domus, 3699 incolae sexus masculini et 3825 sexus feminini inerant. Utraque urbis pars rursus in duas sectiones (Quartiere) distincta est. — Suburbia, quae circulo maxime extenso urbem undique cingunt, exstant tria, scilicet: Suburbium Petropolitanum sive prima pars suburbana, quae ad finem a. 1827 696 domus, 3570 incolae mares et 3507 sexus feminini continebat, quorum plurimi Germani sunt. — Omnino speciem suburbii Germanici praebet, et munditia atque elegantia aliis duobus suburbiis praestat.

Suburbium Moscoviense sive secunda pars suburbana, quae 1184 domus, 10701 incolae sexus masculini et 9139 sexus feminini continet, quarum maxima pars originis Rossicae, minor Israëliticae est. — Multitudo Rossorum in viis circumvagans, liberique se-

minudi, ibi ludentes, et multae tabernae, mercibus Rossicis refertae, efficiunt, ut totum suburbium speciem oppidi Rossici prae se ferat.

Suburbium transchesinense seu Mitaviense sive tertia pars suburbana, quae maxima ex parte in insula, Groß-Klüversholm dicta, sita est, et 870 domus, 2986 incolae sexus masculini et 2555 sexus feminini continet. Ceterum vel vicus, Thornsberg dictus, in sinistra fluminis ripa situs, plerumque suburbiis Rigae adnumeratur.

Suburbium primum et secundum, quorum duae tertiae ab hostibus a. 1812 combustae fuerant, jam adjuvante munificentia Augustissimi Imperatoris, restituta forma nova longe elegantiori, quam pristina, e cineribus prodierunt.

Numerus platearum in ipsa urbe, omnibus parvis angiportibus adnumeratis, est 64; areae publicae exstant tres, quae sunt; Forum, sive forum vetus (Altmarkt), area arcis, et locus militibus lustrandis destinatus. Illae, recentioribus temporibus quidem hinc illinc amplificatae et exornatae, in universum tamen, ut in oppidis veterioribus esse solet, angustae sunt et irregulares. Pauci tantum, ut via mercatorum, arenosa et peccatorum prae ceteris latitudine satis ampla eminent. Plateae contra in suburbiis maxima ex parte pulchrae et latiores sunt. Fine anni 1827 in universum exstiterunt 956 domus lateritiae et 2750 lignae, illae paene omnes in urbe, hae omnino

omnes in suburbiis. — Aedificiorum publicorum, quorum pars imperii pars urbis juri subjecta est, haec singularem commemoratione digna sunt: 1) In ipsa urbe: Arx, a Waltero de Plettenburg, ordinis magistro, inde ab a. 1494 usque ad a. 1515 exaedificata, ubi praeses provinciae habitat et plerique magistratus imperiales muneribus suis funguntur; specula astronomica in turre arcis; novum aedificium, ubi merces importatae recipiuntur, ac pro iis vectigal penditur; domus equestris; curia; novae tabernae macellariae; aedificium societatis, quae dicitur Mussegesellschaft, cum theatro; ambarum sodalitatium cubicula (Gildestuben); et domus capitum nigrorum (der schwarzen Häupter); quorum praecipue tria posteriora nobilia antiquitatis monumenta sunt; 2) in castello: Armamentarium pulchrum, copia armorum, quae ibi servantur, et ingeniose et venuste ordinata, memoratu dignum; 3) in suburbiis: Tabernae mercatoriae, et nova receptacula cannabis in suburbio Moscoviensi; ac nova receptacula haeleum in suburbio transchesinensi.

Templa Rigae sunt quindecim, sex Evangelico-Lutheranae, septem Graeco-Catholicae, unum Romano-Catholicae, unum Evangelico-Calvinianae confessionis. Quorum in urbe ipsa reperiuntur quatuor ecclesiae Evangelico-Lutheranae, templum imperiale St. Jacobi, aedes cathedralis, St. Petri, et St. Joannis; duo ecclesiae Graecae, templum arcis Mariae adscen-

sionis in coelum, et St. Alexis; unum ecclesiae Romanae, templum dolorosae matris Dei; et templum ecclesiae Evangelico-Calvinianae; ecclesiae Graecae templum primum St. Petri et St. Pauli in castello; unum ecclesiae Evangelico-Lutheranae, St. Gertrudae; et unum Graecae, St. Alexandri Newensis, in suburbio Petropolitano; unum ecclesiae Evangelico-Lutheranae, templum Jesu; et duo Graecae, invocationis Mariae, et omnium sanctorum, in suburbio Moscoviensi; atque unum ecclesiae Graecae, sanctae trinitatis, in suburbio transchesinensi. Praecipue ex iis digna sunt quae memorentur: Aedes cathedralis propter magnam vetustatem (condita est anno 1204 et post incendium restituta anno 1547) et novam elegantissimam exornationem internam; templum St. Petri propter pulchram et cum pertica 440 pedes altam turrem, quippe quae altissima in toto imperio Rossico est; atque templum St. Alexandri-Newensis, aedes rotunda, propter nobilem aedificandi rationem. Omnia templa in urbe et castello lateribus, in suburbiis ligno exstructa sunt. Praeterea sunt in suburbio Moscoviensi etiam duae aedes sacrae Rossorum, qui veterem formulam sequuntur, atque unum templum Hebraeorum.

Urbs octo habet portas, quarum tres, porta St. Jacobi, arenosa, et Caroli, terram continentem versus, et quinque, porta natatoria (Schwimmpforte), peccatorum, paterarum (Schalpforte), nova, et cathedralis, ad Chesinum sitae sunt. Castellum tres habet,

portam regis, reginae et aquae, quarum prior castellum cum urbe conjungit. Praeterea duae etiam sunt portae pulchrae, lapidibus exstructae, per quas in suburbia itur, porta Alexandri in suburbio Petropolitano, et porta Elisabethae in suburbio Moscoviensi. Longitudo urbis ipsius intra munimenta efficit 2592 pedes, latitudo 1392 et ambitus 7200; sed cum castello et munimentis urbs 5400 pedes in longitudinem, 2478 in latitudinem patet, et 12600 pedes in ambitu tenet. Quanta suburbia sint, non omnino accurate indicari potest; internum tamen latus primae et secundae partis suburbanae circuitus trium fere millium Rossicorum cingit. Nuper nonnulli agri territorio urbis additi sunt, quibus suburbia, praecipue Petropolitana et Mitaviense, paullo amplificata sunt. — Rebus Rigae memorabilibus praeter aedificia, quae jam nominavimus, imprimis adnumerari licet: Bibliotheca urbis et Museum rerum arte factarum et naturalium in aedificio cathedrali; columna pulchra, e granite excisa et in area arcis ad conservandam memoriam rerum in postremo bello Rossico + Francogallico gestarum erecta; machinam hydraulica, a. 1665 condita, quae aquam e Chesino ad usum incolarum per omnes urbis partes ducit; pons e ratibus factus per Chesinum, qui inde ab a. 1701 existit, et, amplius 800 passus longus, urbem cum suburbio transchesinensi conjungit; et denique ambulationes, arboribus utrimque positae umbrosae, et viridaria circa urbem terram continentem

versus inde ab a. 1813 instituta. Extra urbem et suburbia, sed in proxima vicinitate in dextra Chesini ripa commemorari possunt: Hortus imperatorius, amoenus et egregie conservatus, quem Petrus, magnus ille Imperator, primo condidit; agger salicum (Weidendamm), ambulatio umbrosa, multis hortis exornata, jucundissima, et curru vectis et euntibus apta; institutum beneficium, Alexandershöhe nominatum, egregia interna constitutione memoratu dignum; et magnum nosocomium primae partis exercitus, ad Chesinum rubrum situm. Regio circa urbem in sinistra fluminis ripa maximis et pulcherrimis hortis ac villis divitum incolarum Rigensium insignis est. Multitudo villarum ingens est, quae, quoniam magna ex parte eleganter et venuste conditae atque institutae sunt, regioni, quamvis, natura tristi, singularem quandam amoenitatem praebent. De universa conditione et hodierno statu mercaturae Rigensis et de fabricis officinisque operum, quae manu parantur, Rigensibus videas D. a Bienenstammi opus, geographischer Abriss der drei deutschen Ostseeeprovinzen Russlands, inscriptum, §. 43 et 44.

Primi conditores Rigae, cum sylvae vicinae magnam ligni copiam iis praebere, domos ligneas extruxerunt, imo vel templum St. Petri olim ligneum fuit, ac verisimile est, eos plateas quoque assibus stravisse, quod nisi fecissent, commercium omnino lacuisset. — Haec aedificandi ratio praecipua causa

fuisset videtur, cur urbs, vix tredecim annos condita, incendio deleteretur, atque ea tantum pars, quae extra moenia, circa hodiernam aedem cathedralem sita erat, restaret. Nunc plerumque aedificia exstruuntur lateribus rubris, haud procul ab urbe coctis; in plurimarum tamen domuum veterum ima parte lateribus lapides intermixti sunt; quo fit, ut in aedificiis ejusmodi tabulatum imum plerumque humidum et madidum sit. — Huc accedit, quod illud propter altas domos et angustas vias, quibus radii solis quoque arcentur, parum aëri pervium est. Domiciliis igitur ejusmodi efficiuntur dolores arthritici, vertigo, cephalalgia chronica, diarrhoea, scrophulae, cetera. In suburbiiis aedificia ligno exstruuntur, quod e provinciis finitimis in ratibus per Chesinum advehitur. In universum hic aedificandi modus aptus, atque interna pars domuum commode et venuste instituta est. — Haec laus tamen praecipue domibus tantum recens exstructis, iisque, quas incolae locupletes possident, tribuenda est. — Vetera et pauperum domicilia plerumque humida atque humilia esse solent. Raducem mirari oportet urbis mutationes, etsi illa adhuc speciem urbis antiquae ostendit, et viae angustae ac flexuosae, domusque altae, quibus ultimis demum annis facies horreorum, quam antea habuerant, demta est, urbem obscuram reddunt, ac liberum aëris meatum ab ea prohibent. — Aerae domuum in urbe paene omnes angustissimae sunt, quin etiam multae domus

iis omnino carent. — Itaque saluberrimi radii solis et venti non satis libere domos adire possunt, quod sane valetudini incolarum nocere oportet. — Suburbia contra ampliora sunt, et latitudo viarum atque amplitudo arearum multum ad conservandum aërem, purum et hanc ob rem ad sustentandam sanitatem confert. — Ad quamvis paene domum hortulus adjacet, apud multas adeo majores horti inveniuntur. Incredibili modo novissimis annis sternendis viis suburbia meliora ac pulchriora facta sunt, cum antea, viis silicibus non stratis, vere et autumno oppidis Polonicis similia essent. Nunc jucundum est per vias vehi vel ambulare, quod prioribus temporibus, nisi aestate et hieme, vix fieri potuit. — Aqua e viis urbis partim in Chesinum, partim in fossas, quae urbem cingunt, partim in cloacam, quae Rising vocatur, et per eam in amnem defluit. —

Regio circa Rigam septentrionem versus maris aequor contigua est, orientem, meridiem et occidentem versus planitiem arenosam, lacubus parvisque paludibus cinctam, sylvis abiegnis obsitam offert. In terra uliginosa, hic illic sita, multae vigent betulae nanae. Paludes non admodum alte sub terra uliginosa arenam firmam habent; vapores sulphuratos non spargunt, neque unquam in iis ignes fatui conspecti sunt. — Tota planities inter urbem et suburbia et regio circa ea loca et ultra ad viam publicam et ad lacus, qui dicuntur Jägel- et Sintsee, sita, excepta

fortasse tantum planitie paludosa circa pratum urbis et ad Chesinum; antiquitus sylva fuit, ita ut urbs Rigam, anno 1200 condita, maxima ex parte sylva cincta esset et tantum usque latere, tum temporis brevior, flumen attingeret.

Cum incolae augerentur, nova aedificia Chesinum versus exstruebantur; quod si aërem respicis, quem Chesinus usque cum urbe communicavit, sanitati incolarum nocere non potuit. Ad atmosphaeram meliorem reddendam prata, ad utrumque urbis latus sita, sylvae abiignae, quae fere tria milliaria Rossica cis et trans Chesinum porriguntur, et mare Balticum, quod duobus milliariis Germanicis ab urbe distat, plurimum conferunt. — Haec quoque prata vicina, ubi pecus civium pascitur, solo firmo gaudent, et planities arenosa circa urbem quotannis magis magisque colitur. Viae publicae tantum, quae Petropolim, Mitaviam et Bolderam ducunt, peregrinatoribus praecipue, propter altam arenam molestae sunt. Multum tamen ad hanc molestiam tollendam, viri, qui hoc tempore provinciae praees, faciendum curavit, ita ut vix quidquam desideretur.

Chesinus, maximus omnium fluviorum Livoniae, exoritur 150 milliariis Rossicis supra urbem Smolensk non procul a vico Beloi e palude in sylva Volchonscensi, a fine provincia Vitepscensis et Livoniae amplius 130 milliaria Rossica primo in finibus territorii Rigensis, post per ipsum defluit, ex parte finem meri-

dionalem Livoniae Curoniam versus constituens. et, receptis longe suo itinere multis rivis, iisque ex parte non parvis, tredecim milliariis Rossicis infra Rigam, in duo brachia, Chesinum veterem et novum, divisus, in sinum Rigensem se effundit. Nonnullis locis 900, ad urbem Rigam 1150, et in ostio 2000 ulnas Suecicas ille latus est. E piscibus, qui in Chesino capiuntur, petromyzontes fluviales valde frequentes et grati sunt; magis etiam salmones, quibus copia, magnitudine, pinguedine et bono sapore nusquam in omnibus terris, ad mare Balticum sitis, similis invenitur. — Chesinus inde ab ostio usque ad urbem Rigam magnis navibus mercatoriis, supra urbem vero naviculis, navibus Polonicis, quae Strusen appellantur, et ratibus navigabilis est. — Toti urbi per machinam hydraulicam aqua Chesinensis suppeditatur, quae maxima anni parte ad bibendum usurpatur. Tempore vero, quo glacies rumpitur et celeriter in mare rapitur, quo aqua Chesini turbidissima fit, et fervidis mensibus aestivis, antiis, ut reparentur, clausis, aqua fontana, quae haud procul ab urbe invenitur, incolae ad bibendum utuntur. Aquae Chesini inde a Boldera usque ad Rigam raro tanta salis culinariae copia inest, ut animadverti possit, sed Cokenhusam versus major calcis copia in illa invenitur. Ceterum copia materiei firmae minima est, neque multum speciei aëris, quae Gas vocatur, ei, sicuti paene omnibus fluviiis, inest. — Id urbis latus, quod non ad

flumen situm est, cingitur fossa urbis, cujus, per cataractam cum flumine conjuncti, exhalatione, cum mensibus aestivis maxime vadosa fiat, et juxta castellum defluxum minimum habeat, atmosphaera corrumpitur. Foetor aestuoso anni tempore, piscibus in ea mortuis et limo effectus, interdum tam gravis est, ut homines infirmi inter transeundum incommoda sentiant. Jam pridem rumor exstitit, quem certum esse sane optandum est, fossam, in Chesinum rubrum deductam, per cataractam e Chesino aquam recentem usque esse accepturam, sed adhuc in votis tantum illud est. — Jam antiquissimis temporibus hoc malum demovere studuerunt; et rex Poloniae, Stephanus Bathorius a. 1583 d. XX. mensis Apr. vecigal pendendi jussit ad condendum canalem, qui fossae urbis e lacu, Jaegelsee vocato, aquam recentem adduceret. Terra ille impletus est a. 1756, restitutus a. 1781, et postea rursus paulatim collapsus.

Chesinus ruber, rivulus arundinosus et stagnans, exoritur haud longe infra Rigam in prato urbis et post iter milliarii Rossici unius cum dimidio latere dextro in Chesinum effluit.

Lacus vicini circa Rigam sunt;

I. Lacus, qui appellatur Stintsee (lingua Lettica Kihsch-Esars), et cum duobus lacubus, quos mox dicemus, conjunctus est, situs inter territorium patrimoniale urbis et dioeceseos, Neuermühlen et Düna-

münde dictas, septem milliaria Rossica longus et tria latus est. In hoc potissimum lacu pisces capiuntur, qui imprimis tempore, quo ova pariunt, e mari Baltico in Chesinum et deinde per fossam, supra ostium sitam, quae dicitur fossa molinae, in illum ascendunt. In ejus ripis multae villae civium Rigensium exstructae sunt.

II. Lacus albus (lingua Lettica Balta-Esars) in dioecesi, Neuermühlen dicta, jacet.

III. Lacus, qui dicitur Jaegelsee (Lingua Lettica Jugla-Esars) in fine territorii patrimonialis urbis Rigae et dioecesis, Neuermühlen dictae, tria fere milliaria Rossica longus atque unum latus, ex parte ripis jucundissimis cinctus est. — Nomen accepit a rivo, qui, Jaegelbach vocatus, illum percurrit, et cum lacu, quem primum commemoravimus, cohaeret.

IV. Lacus, qui nominatur Babitsee, in territorio patrimoniali urbis Rigae, in sinistra ripa Chesini, tredecim milliaria Rossica longus, duo latus, aquam suam accipit ex Aa, rivo Curono.

V. Lacus, nomen gerens Titurge, in eadem regione, unum milliarium Rossicum ambitu tenet.

VI. Lacus, qui vocatur kleiner Semel-See, in eadem regione prope viam publicam, quae Riga Mitaviam ducit, situs est.

VII. et VIII. Lacus, qui nominantur Smerdel et Puting, in territorio patrimoniali urbis Rigae in dextra Chesini ripa siti, minimi ambitus sunt. Prioris

aqua olim per canales, qui nunc paene omnino colapsi sunt, in fossam urbis ducebatur.

Circa Rigam eadem, quae in ceteris Livoniae partibus et in Curonia inveniuntur naturae producta, occurrunt. — Omnia corpora naturalia hic enumerare opusculi nostri fines non permittunt, et facile hac enumeratione supersedere possumus, quippe quae inveniri possit in his scriptis:

Fischeri Versuch einer Naturgeschichte von Livland. Regiomonti 1791. II. vol.

Ferberi Erdbeschreibung von Kurland (in volumine secundo).

Beseckii Beiträge zur Naturgeschichte der Vögel Kurlands. Mitaviae 1795.

Grindeli botanisches Taschenbuch für Livland, Esth- und Kurland, mit illuminirten Kupfern. Rigae 1805.

Grindeli pharmaceutische Botanik.

Drumpelmannii at Friebii Abbildungen und naturhistorische Beschreibung des Thierreichs aus den nordischen Provinzen Rußlands, vorzüglich Liv- Esth- und Kurland. Rigae 1806 usque ad 1809.

Beschreibung der Provinz Kurland. Mitaviae 1812. 4.

Eckhofii Beschreibung des barberschen und baldohnschen mineralischen Wassers. Mitaviae 1796.

Топографическое описание города Риги, аuctore Ottone Huhn. Vol. I. pag. 57 seq.

Singularia fossilia in regione nostra non inveniuntur. Series lapidum, strata, quae argillaceis saxis fissilibus, vel lapidibus calcariis constant; calcis strata venaeque gypsi juxta Chesinum apparent. Directio eorum plerumque horizontalis est, sed quam alte descendant, decerni nequit. Huc accedit calx, stalactitae similis, in variis positionibus et formis. In his regionibus, ubi gypsum, lapides calcarii, terra argillacea et glarea sulphurea non deest, sulphur obvium; cum hydrogenio conjunctum, et ab aqua receptum, fontes hepaticos gignit. — Fontes ejusmodi tres sunt: Fons sulphureus non procul a Riga in fundo patrimoniali urbis, Klein Jungfernhof dicto, prope pratum; et duo fontes, ferri particulas continentes, alter in suburbio Moscoviensi in area domus civilis, alter in sinistra Chesini ripa juxta villam Hagenshof dictam.

Regio circa Rigam pharmacopoliis nostris sufficientem copiam herbarum medicinalium vulgarium suppeditare nequit, tum quoniam non satis multae adsunt, tum quoniam, qui vegetabilia colligunt, nimis pigri et rudes sunt, et baccas carpere malunt, quas unusquisque emit

## De temperie coeli et tempestate.

Quantum vim tempestas et coelum in corpus humanum habeat, et quantum igitur medici intersit, conditionem illorum in illa regione cognoscere, ubi artem suam exerceat, exponi necesse non est, nam quavis pathologia generalis eorum vim docet. E situ urbis Rigae sub  $56^{\circ} 57' 1''$  latitudinis septentrionalis conjicias, coelum ibi esse frigidius; sed revera temperatius est, ita ut paene omnes frugum species maturascant. — Vicissitudines tempestatis intra circulos tropicos minimas esse constat; majores illae sunt in zona temperata, et quo propior locus aliquis circulo polari est, eo majus ibi discrimen caloris et frigoris existit; quare nostram quoque regionem majore tempestatis vicissitudine vexari, colligere possumus.

Aëris observationes, Rigae per ducentos annos institutas, in ephemeridibus arbis (Stadtblatt) a. 1812

Ad pag. 27.

Summa observationum meteorologicarum Rigae inde ab anno 1819 usque ad annum 1826 factarum, ut illae in universum singulis mensibus horum octo annorum collectae sunt.

Menses.	Status barometri in universum.			Status thermometri in universum.			Dies, quibus status barometri supra 28 <sup>o</sup> fuit.	Dies.			Ombro- metrum.
	Summus.	Medius.	Imus.	Summus.	Medius.	Imus.		Sereni.	Pluviosi.	Nivales.	
Januarius . . .	28,58	28,09	27,2	+ 3,4 <sup>o</sup>	- 3,1 <sup>o</sup>	- 13,6 <sup>o</sup>	19,6	2,1	3,75	6,6	1" 1,07"
Februarius . . .	28,68	28,12	27,3	4,7	- 3,8	- 10,9	10,75	5,3	2,75	4	0 9
Martius . . .	28,62	28,03	27,38	9,8	+ 1,3	- 7,2	17	6	5,62	5,75	1 2,6
Aprilis . . .	28,46	28,02	27,5	17,1	+ 6,5	- 0,7	19	8	6,5	0,75	1 4,68
Majus . . .	28,40	28,08	27,04	21,3	+ 10,3	+ 3	21	9	9,1		2 9,6
Junius . . .	28,28	27,99	27,61	21,4	+ 13	+ 6,6	13,4	7	11,2		2 5,9
Julius . . .	28,33	28,10	27,69	23	+ 14,6	+ 9	17	7	10,6		2 10,5
Augustus . . .	28,41	28,07	27,70	20,6	+ 13	+ 6,4	19,7	7	10,4		2 4,9
September . . .	28,51	28,12	27,44	16,6	+ 8,7	+ 1,7	20,8	6,5	8		2 1,9
October . . .	28,53	28,0	27,40	10,4	+ 3,8	- 4	14	2,1	8,6	1,6	1 4,72
November . . .	28,43	27,96	27,32	6	+ 0,4	- 8,4	12,6	2,8	7,6	2,8	1 4,1
December . . .	28,53	28,03	27,41	3	- 1,3	- 1,5	18,3	3	3,2	5	1 0,7

conscriptas invenimus. Fischerus in historia naturali Livoniae eas affert inde ab anno 1774 usque ad annum 1791, et celeberrimus Huhn in topographia Rigae inde ab anno 1795 usque ad annum 1797. Aëris observationes in Livonia per totum seculum factas conscripsit Krüger in prodromo astrologico. Prospectus igitur ejusmodi in tabellis propositos hoc loco insere, a consilio alienum foret et volumen hujus opusculi nimis auget. Invitus quoque omitto observationes meteorologicas, proximis annis a viro celeberrimo, Keusslero, praeceptore summo gymnasii Rigensis collectas, in quibus diligentissime diversis anni mensibus summum, medium et imum barometri et thermometri statum, numerum dierum serenorum, pluviosorum et nivalium, et statum ombrometri perscripsit. — Atamen afferam in tabella summam harum observationum meteorologicarum inde ab anno 1819 usque ad annum 1826 factarum, ut eae in universum singulis mensibus horum octo annorum collectae sunt.

Ut in locis celebrioribus fieri solet, in urbe Riga quoque aër paullo temperatior, quam extra, reperitur. Hinc tempore hiemali status thermometri in suburbiis semper inferior est illo in urbe. Dies sereni quotannis sunt fere centum, qui aestate plerumque fervidissimi sunt. — Dies pluviosi fere octoginta sunt sed mense Junio plerumque diutius desideratur plu-

via. Non raro eodem die saepius pluit, itaque quovis anno fere centies quinquagies vel centies octogies pluit: Dies nivales fere triginta esse solent. Grandines, qui plerumque parvi sunt, neque nocent, non raro fervidis diebus aestivis cadunt. Nebulae autumnales saepe tam crassae sunt, ut res, quae nonnullis passibus a te distent, vix conspicias. — Tonitrua quoque frequentia sunt, quin etiam interdum mense Decembri audiuntur. Lumina borealia raro apparent. Omnibus paene vesperis, si aër calidior est, fulgurat. — Venti apud nos saepe variant, sed aquilo diutius perdurat et frigore suo, imprimis vere, saepe plantis arboribusque maxime nocet. Euro notus, eurus, euroaquilo et aquilo aestate, si per aliquod temporis spatium spirant, tempestatem siccam, hieme vero grave frigus adducunt; caurum et favonium aestate paene semper pluvia et tempesta humida, hieme vero nix vel glaciei-nivisque solutio comitatur. Autumno plerumque favonius, vere eurus flare solet.

Anni tempora Rigae maxime inaequalia et varia sunt, neque ex anni antecedentis tempestate anni sequentis tempesta praedici potest; neque enim semper frigidiorē hiemem tepidior sequitur, vel hiemem nivalem aestas sicca excipit. Itaque, cum anni tempora tam diversa sint, apte atque accurate ea describere difficillimum est.

Ver inde ab aequinoctio per mensem Martium tempestatem variam, nunc serenam, nunc horridam

ducit, sed mense Aprili dies quam maxime injucundos habere solet, quibus plerisque annis etiam nix, grandines, frigora nocturna, aquilones asperi et procellae incolas Rigae vexant; attamen interdum quoque jam mense Martio nonnulli dies calidiores sunt. — Haec Aprilis tempesta nostrae regioni quam maxime prodest, etenim, nisi res ita se haberet, vapores insalubres et nebulae nocuae sanitati valde obsessent. Quin etiam mensis Majus, qui Rigae frigidus esse solet, praesertim cum pluviae frigidae eum comitantur, plantis arboribusque utilissimus est. Terrae quasi nova vita revocatur, Chesini glacies rumpitur atque aufertur, cui phaenomeno plerumque signa quaedam antecedunt, quibus moniti, qui disciplinam publicam exercent, consilia capere atque exigere solent, ne quid detrimenti capiant incolae. Saepe plane inopinata glacies attollitur, et in spatio nonnullorum milliariorum rumpitur atque aufertur; non raro ingens strepitus initium hujus spectaculi annuntiat, quod statim, ut quisque cavere possit, nonnullis tormentorum bellicorum explosionibus indicatur. Glacies diurno gelu interdum crassissima facta est. — Frigora nocturna hoc anni tempore floribus admodum nocent. Procellae gravissimae saepe maximas arbores radicitus evellunt, neque raro multum damni navibus ac naviculis afferunt. Si vapores, antea glacie et frigore in terra inclusi, rursus aërem implent, procreant catarrhos, ac febres rheumaticas et intermittentes. Hac re

bene videmus ventorum utilitatem, nam, si desunt, illi morbi etiam magis grassantur.

Aestate inde a solstitio mensis Junii usque ad medium mensem Augustum fruimur. Cum aestas apud nos vix tres menses perduret, frigoribus nocturnis mense Septembri jam regredientibus, vegetatio celeriori passu progreditur. — Mense Julio, quo calor maximus est, raro tamen status scalae Reaumurianae 28° superat; valde languescit aestus, praesertim cum euronotus spirat, et pluvia deest. Aestatibus fervidis, imprimis sub finem earum, cum aestus gravissimus esse solet, diarrhoeae, dysenteriae et febres animadvertuntur, quae saepe usque in autumnum perdurant, et, frequentibus pluviis aëre, jam per se humido, etiam humidior facta, magis universales et perseverantes fiunt, donec tandem procellae autumnales et frigus appropinquans atmosphaeram purgent. — Noctes aestivae apud nos, ut in omnibus terris septentrionalibus, breves, sublustres et partim tepidae sunt.

Autumnus ab aequinoctio inde mensis Septembris interdum cum frigore incipit, quod saepe acrius fit, plerumque vero cum vicissitudine temperiei frigidioris et tepidioris. Saepe etiam autumnus amoena tempestate aestatem continuare solet. Multis annis, cum vix ex languido calore aestatis antecedentis nos reficimus, imbres, aër humidus et turbidus, nebulae et frigus accedunt, neque raro jam sub finem mensis

Septembris nix decedit, vel imbres perpetuae nivesque variant, viasque tam lutulentas faciunt, ut vix ambulare possis. — Praecipue hoc incommodum animadvertitur, cum autumno vesperae longae sint, viaeque adhuc nimis parce lucernis illustrentur. Sub finem mensis Novembris terra plerumque congelat, neque nix, quae jam antea saepius decedit, rursus solvitur, sed usque ad mensem Martium, rarius Aprilem humum tegit. Menses Septembris, October et Novembris autumnum nostrum constituunt. Hic prospectus ostendit, quam pauci dies in regione nostra sint, quos sub dio degere possimus, et quam angustis finibus voluptates aestatis nostrae circumscriptae sint. — Transitus autumnus in hiemem paulatim fit; et pruina nocturna, nebula frigida et nives volantes, quae vento quotidie moventur et per aërem gyrauntur, efficiunt, ut transitum vix sentiamus. Insolita frigoris, caloris, ventorumque commutatio peregrinis saepe molestissima fieri solet, ita ut saepe illi incommodis rheumaticis et arthriticis corripiantur. Sed qui a causis illis, quas commemoravimus, quatenus fieri potest, se defendit, et secundum anni, immo vel diei tempus vestes induit, eum raro morbi modo dicti aggrediuntur.

Hiems, quoad tempus anni astronomicum a bruma incipiens, quoad temperiem tamen saepe prius initium capit, et plerumque quinque menses, ab initio Novembris usque ad finem Martii, perdurat. — Fue-

sunt tamen etiam anni, qui paene omnino hieme carebant, ut a. 1795. Frigus interim incolis molestum esse non solet, donec vento boreali acerbius reddatur. In maximo gelu, quod plerumque mensibus Januario et Februario esse solet, status thermometri tamen raro infra — 24° est. Gelu gravissimo aër crassus et turbidus vix solis radiis illustratur. Vis nivis effusae satis magna est, et saepe illa unum, interdum autem tres quoque pedes alta jacet; nihilominus tamen frigus tres pedes in terram descendit. Non ita raro nivem usque ad medium mensem Majum in sylvis invenimus; medio contra mense Januario aut Februario terram, aëre subito tepidior facta, inter dum nivem omnino liberatam videmus. Frigus continuum, mercuraturae praecipue commodum, simul jucundissimum saluberrimumque anni tempus est, quo aër ab exhalationibus maris Baltici vicini, Chesini, lacuum et paludum purgatur. Hiems nostrae, etsi diversissimae, si tempus, quod perditant, et asperitatem respiciis, in universum tamen magis frigore sicco, quam humido insignes sunt.

Conditionem singulorum mensium describere paene supervacuum est, cum jam ex descriptione temporum anni ea appareat, attamen, ut, quae diximus, magis collustrentis, brevis eorum adumbratio addenda mihi esse videtur.

Januarius plerumque gelu perpetuo insignis est, quod tamen, cum tempesta apud nos admodum variet,

certo constitui nequit. Anno 1820 imus thermometri status — 24° fuit; anno 1822 vero die VIII aër tepidior factus non solum viam trahis aptam, sed etiam omnem hiemem solvit. Paludes gelu jam non constrictae fuerunt, et die XXII fulmen in territorio Pernaviensi domum tetigit atque incendit. — Aër contra, columna mercuriali continuo depressa, siccus et purus est, quo fit, ut hic mensis saluberrimis adnumerandus sit. — Mane et vespere plerumque frigus augetur, meridie diminuitur.

Februarius eandem paene, quam Januarius, ostendit indolem, et quasi continuatio ejus habenda est, immo non raro hoc mense status thermometri inferior est, quam illo. Plurimi dies sereni sunt, aër motus. Via trahis apta permanet, nisi calor abnormis exoritur. Anno 1822 vero aër hoc mense tam mitis fuit, ut jam die XIX alaudae canerent, et glacies e Chesino sub mensis finem, humili aquae statu, auferretur. Plerisque annis aëris temperies posteriore hujus mensis dimidio maxime regulariter mutatur. — Longitudo diei a primo die Januarii usque ad primum diem hujus mensis duabus horis et duabus sexagesimis partibus hbrae augetur.

Martius jam diebus aliquanto tepidioribus insignis esse solet, etsi non semper. Nix solvi incipit, alaudae primae conspiciuntur, et vulgares procellae aequinoctiales aërem movent. Interdum pluit, et sub finem mensis Chesini glacies solvitur. Dies inde a

primo die Februarii usque ad primum diem hujus mensis duabus horis et duodeviginti sexagesimis partibus horae longiores fiunt.

Aprilis apud nos quoque propter inconstantiam in proverbium venit. — Frigora nocturna, nives volantes, imbres et dies serenissimi subito invicem se excipiunt. Strata crusta glaciali nudantur. Rates, naves Polonicae, quae Strusen nominantur, et naviculae per Chesinum ad urbem perveniunt. Olores et anseres redeunt, et primae hirundines aërem frudunt. Sub finem mensis jam gemmas agunt arbores. Dies inde a primo die Martii usque ad primum diem hujus mensis duabus horis et triginta sexagesimis partibus horae crescent.

Majo demum ver summis quasi viribus appropinquat; arbores gemmas et frondes explicant, terra viridescit graminibus, et cuculus primum vocem edit. Pluvia frigida, quae hoc mense decidere solet, herbis arboribusque valde prodest, cum nocuam vim frigorum nocturnorum deminuat. Posterius mensis dimidium plerumque dies jucundissimos praebet. Dies inde a primo die Aprilis usque ad primum diem hujus mensis duabus horis et viginti una sexagesimis partibus horae augeantur.

Junius plerumque messi futurae prosper est, nisi postrema frigora nocturna illi nocent. Pluviae et fulmina cum tonitribus observantur, et posteriore hujus mensis dimidio rosa florere solet. — Ut hiemes nostrae,

sic aestates quoque inconstantes sunt; hic mensis aerivus nunc humida, nunc sicca tempestate insignis est. Die IX hujus mensis diem longissimum habemus. Sol oritur octo horis et quinquaginta quinque sexagesimis partibus horae ante meridiem et occidit octo horis et duodesexaginta sexagesimis partibus horae post meridiem, ergo ille dies septemdecim horas et quinquaginta tres sexagesimas longus est; reliquum quatuor et viginti horarum tempus sublustre est.

Julius, fervidissimus mensis, priore dimidio dies calidissimos habet. Anno 1823 columna mercurialis usque ad  $25\frac{1}{2}^{\circ}$  elata est. Fulmina cum tonitribus, quae diei aestum mitigant, frequentissima sunt. Permulti jam propter molestum calorem urbem relinquunt, partim ut vita rustica fruantur, partim ut aquis marinis utantur. Diebus solis praecipue mirabilis tranquillitas in urbe est, hic illic tantum singuli famuli et veteres domuum custodes conspiciuntur. — Dies inde a nono die Junii usque ad primum diem hujus mensis triginta duabus sexagesimis partibus horae breviores fiunt.

Augusti, qui aestati nostrae finem imponit, dies calidi calidis antecedentis mensis diebus similes sunt, sed in universum non tam sereni; saepe enim inter tonitrua pluit. Posteriore Augusti dimidio jam prima frigora nocturna observantur, et nebulae, praecipue mane, frequentiores fiunt. Anno 1823, die XXIX hujus mensis vehemens procella exorta est, e regione inter

septentrionem et eam, quae cauro subjecta est, sita spirans, quae multum damni attulit, partem pontis e ratibus facti destruxit, nonnullas naviculas subvertit, et magnam arborum robustissimarum copiam deiecit. — Longitudo diei inde a primo die Julii usque ad primum diem hujus mensis una hora et undesexaginta sexagesimis partibus horae deminuitur.

September proprie initium autumnii nostri constituit, saepe tamen, si menses aestivi frigidi, pluviosi et immites fuerunt, jucundam aetatem quasi secundariam nobis praebet. — Folia flavida et flaccida fiunt, ac ventis aequinoctialibus per aërem feruntur. Die X mensis Septembris aequinoctium autumnale habemus. — Primus dies Augusti duabus horis et viginti quinque sexagesimis longior est, quam hujus mensis.

Octobris prius dimidium saepe Septembri simile est, atque annis calidis, ut anno 1821, fraga, pisa et fabae iterum florent. Posterius vero dimidium magis transitum in hiemem constituit. Nebulae et imbres frequentissimi sunt, et incessum per vias molestum faciunt. Primus hujus mensis dies duabus horis et viginti tribus sexagesimis partibus horae brevior est, quam primus Septembris dies.

Novembris initium frigidum et immite est. Nives volantes et pluviae variant. Coelum nubibus obtectum est, aër plerumque humidus, nisi frigore majori vaporibus purgatur. Lacus et paludes glacie

teguntur, quae etiam in Chesino fluitat. Mirum erat anno 1822, die XIX hujus mensis tonitrua audire. Longitudo diei inde a primo Octobris die usque ad primum diem hujus mensis duabus horis et triginta sexagesimis partibus horae deminuitur.

Decembris temperies plerumque sub puncto gelationis est, sed interdum, cum tempestas nostra quam maxime inconstans sit, res aliter se habet, ut annus 1795 et 1821 ostendunt. Hoc mense hiems incipit, via trahis apta fit, flumen quasi ponte glaciali obducitur. Dies inde a primo die Novembris usque ad primum diem hujus mensis una hora et triginta sex sexagesimis partibus horae breviores fiunt; diem brevissimum totius anni, qui tantum sex horas et quadraginta sexagesimas partes horae longus est, hoc mense habemus. \*)

---

\*) Animadvertendum videtur, dies hac in dissertatione secundum Calendarium Julianum, ubicunque in Russia usitatum, constitutos esse.

## De incolis.

Secundum relationes eorum, qui disciplinam publicam exercent, initio anni 1828 Rigae 23751 incolae sexus masculini et 21556 sexus feminini, in universum ergo 45307 incolae fuerunt, exceptis militibus, incolis castelli, aegrotis in nosocomio militum, et Rossis, Polonis, aliarumque nationum hominibus, quovis paene anni tempore mercaturae causa advenientibus, quorum facile nonnulla millia sunt. Numerus incolarum paene quibitannis augetur, ut ex hoc prospectu chronologico auctionis et deminutionis numeri incolarum novissimorum decenniorum apparet.

## Prospectus auctionis et deminutionis numeri incolarum Rigensium.

Anno.	Incolae.	Auctio.	Deminutio.
1783	27,938	—	—
1787	25,538	—	2400
1788	25,711	173	—
1789	26,023	312	—
1790	24,799	—	1224
1791	25,600	801	—
1792	26,192	592	—
1793	27,397	1205	—
1794	27,813	416	—
1795	29,215	1402	—
1796	28,276	—	939
1797	28,320	44	—
1798	28,363	43	—
1813	36,654	8291	—
1817	41,263	4609	—
1818	43,022	1759	—
1819	41,502	—	1520
1820	41,773	271	—
1821	41,508	—	265
1822	39,876	—	1632
1823	39,764	—	112
1824	39,908	144	—
1825	41,600	1692	—
1826	41,459	—	141
1827	45,307	3848	—

Maxima pars civium Germani sunt, qui, inde ab anno 1158 paulatim in hanc regionem profecti, post multam caedem Livonos, Lettos, aliasque gentes sibi subjecerunt. Germanis exceptis maximam partem efficiunt Rossi, qui, urbe a Petro magno expugnata, hic sedem sibi fixerunt, et mox frequentes facti sunt. Plurimi eorum res ad vivendum necessarias sibi comparant vendendis diversis mercibus, ex Rossia huic adlatis, atque tum in urbe, cum extra eam domos et tabernaculis habent. Numerus eorum quotannis augetur, si ad reliquos incolas respicis. Deinde Lettorum numerus maximus est, quorum multi vitae necessitatibus serviendo, mercedem diurnam manuum opera quaerendo, nonnullisque muneribus, a magistratibus constitutis, fungendo prospiciunt. Polonorum numerus non magnus est, major tamen, quam Suecorum, Fennorum et Esthonorum. Quantus numerus incolarum et masculini et feminini sexus cujusque nationis ex relatione eorum, qui disciplinam publicam exercent, die XVII mensis Augusti a: 1820 edita, fuerit, haec tabula ostendit.

Nationes.	Sexus mascul.	Sexus femin.
Rossi . . . . .	6024	4797
Germani . . . . .	9284	9293
Letti . . . . .	3244	3206
Poloni . . . . .	2241	2105
Esthoni . . . . .	208	171
Hebraei . . . . .	591	384
Sueci . . . . .	98	46
Francogalli . . . . .	40	19
Itali . . . . .	32	16
Lusitani . . . . .	5	—
Batavi . . . . .	9	3
Turcae . . . . .	1	—
Africani . . . . .	1	—
Dani . . . . .	85	5
Angli . . . . .	36	18
	21699	20063

Quamquam hi diversi populi in urbe et circa eam inter se commixti vivunt, quisque tamen lingua sua vernacula utitur, etsi quivis paene Rigensis tres, quae hic imprimis vigent, linguas, Germanicam, Rossicam et Letticam, callet.

Ex ecclesia, ad quam pertinent, incolae Rigenses in sex partes dividi possunt; sunt enim:

I. Socii ecclesiae Evangelico-Lutheranae. Huic confessioni plurimi addicti sunt, cum ad eam omnes Germani, Letti et Esthoni pertineant. Fine a. 1827 fuerunt 25911 incolae hujus ecclesiae.

II. Socii ecclesiae Evangelico-reformatae. Huc pertinent praeter nonnullos Germanos omnes Angli. A. 1827 fuerunt 449 incolae huic ecclesiae addicti.

III. Socii ecclesiae Graeco-catholicae orthodoxae. Existunt 7221 incolae hujus ecclesiae.

IV. Socii ecclesiae Graeco-catholicae veteris. — Eorum quoque copia magna est, etenim numerus eorum 7264 homines complectitur.

V. Socii ecclesiae Romano-catholicae. Huc pertinent omnes Poloni; numerus Germanorum quoque, humili loco natorum et Lettorum, qui hanc religionem profitentur, recentiore tempore auctus est. Initio anni 1828 fuerunt 3919 incolae hujus ecclesiae.

VI. Hebraei. Initio anni 1828 numerus eorum fuit 543.

Mortuorum numerus raro singulis annis idem est, sed morbis contagiosis, epidemicis, aliisque rebus nocivis interdum magnopere augetur. Finis vitae Rigensium plerumque annus sexagesimus, vel septuagesimus est; sunt tamen quoque, imprimis feminini sexus, qui ad majorem senectutem perveniant; etenim paene quotannis homines nonagesimo vel centesimo anno aetatis moriuntur. Proximis temporibus probatum quoque est, mortalitatem sexus feminini

minorem esse, quam masculini, et contra pauciores quoque, ut in aliis terrae regionibus, infantes sexus feminini nasci. In universum mortalitas ultimis annis, si crescentem numerum incolarum respicis, fere eadem fuit, quam celeberrimus Huhn ante triginta annos in topographia sua Rigae, commemoravit. Tabula sequens quovis anno iude ab anno 1817 parium matrimonio junctorum, neonatorum et mortuorum ea, quae diximus, probet.

Anno.	Paria matri- monio iuncta.	Neonati.			Mortui.						Sum- ma.	
		Sexus mascu- lini.	Sexus fem- ini.	Sum- ma.	Amplius 60 annos nati.		Inter 60 et 15 annos nati.		Nondum 15 annos nati.			
					Sexus mascul.	Sexus femin.	Sexus mascul.	Sexus femin.	Sexus mascul.	Sexus femin.		
1817	390	749	764	1513	142	158	269	175	528	318	1570	
1818	395	688	757	1445	104	95	278	218	397	356	1448	
1819	379	883	868	1751	144	145	515	214	337	404	1579	
1820	357	706	712	1418	89	109	257	189	258	227	1129	
1821	508	796	794	1590	84	88	246	194	348	500	1260	
1822	346	742	744	1486	91	98	508	191	368	292	1348	
1823	368	762	752	1514	160	98	332	197	415	305	1645	
1824	355	786	744	1496	109	176	306	232	357	294	1400	
1825	412	864	744	1608	207	102	255	189	373	322	1422	
1826	387	828	862	1699	97	140	359	224	415	564	1597	
1827	409	826	771	1597	96	117	316	228	379	518	1454	
				17108							15650	

In universum ratio mortuos et neonatos intercedens aequat rationem XXX ad XXXIII, quae a portione generali X ad XII quidem recedit ita, ut mortuorum numerus justo major hic esse videatur. — Sed perpendens, magnam copiam peregrinorum, mercaturae et quaestus causa huc profectorum, in urbe nostra diem supremum obire, facile intelliges hos aut neonatorum numero addendos, aut mortuorum detrahendos esse ad rationem rectam exhibendam, quo ipsa proportioni communi fere aequalis reddetur.

Major mortalitas infantium Rigae, ut in aliis urbibus, mira est. Sumere enim possumus, numerum annis puerilibus mortuorum dimidium omnium, qui quotannis moriuntur, esse, et dimidium natorum jan primis vitae annis rursus sepeliri. Mortalitas jucundissima et robustissima aetatis periodo procreatur partim luxuria, partim paupertate; illa mortem affert nimia mollitie, desidia et voluptatibus, haec molestiis curisque omnis generis.

De moribus incolarum Rigensium in universum nihil certi afferri potest, cum illi e tam diversarum nationum ordinumque hominibus compositi sint. Si principem incolarum partem respicimus, etsi Dr. Dyrsenii liber, Gemälde von dem alten und neuen Riga, inscriptus et Storchii ephemerides: Russlaud unter Alexander dem Ersten, volumine secundo, p. 298, sententiam fortasse severiorem tulerunt, negari tamen nequit, quamvis Rigenses nobili fide erga principem,

religione et bonis moribus incolas aliarum urbium magnarum, quae mercatura florent, praestent, magnum tamen commercium, quod varios hominum ordines jungit, cum virtutibus et superiorum vitia magis propagasse.

Ex ima plebe, quamquam vitae necessitates facile acquiri possunt, multi industriae malae potius, quam fideli sedulitati studentes, levitati et impietati se dederunt praecipue ex illo inde tempore, quo numerus civibus adscriptorum, data venia publica, nonnullis millibus e regionibus exteris redeuntium auctus fuit, quod ex fraudibus diversi generis et furtis saepe commissis apparet. Itaque non est, quod mireris, disciplina publica occupatos, iudices urbis et magistratus sensus pravos omnino suppressere hucusque non potuisse. In universum tamen mores huius imae plebis non ad scelera gravia proclives sunt, quae dignitatem totius generis humani infringunt, ut in aliis terris fieri solet, quae majore cultu utuntur. Homicidia jam rarissima fiunt, anno praeterito nullum. Mortes voluntariae non ita raras sunt, anno praeterito duae acciderunt et tres praeterea homines impediti sunt, quo minus ipsi sibi mortem consciscerent.

Numerum eorum, in quos anno 1827 ex relatione concilii de criminibus judicantis quaestio propter scelera instituta est, haec tabula ostendit.

Propter furtum . . . . . 88

— syngraphi corruptionem et obreptionem 63

Propter merces veritas importatas et mercaturam

interdictam . . . . .	4
— tumultum . . . . .	6
— vexationem . . . . .	2
— injuriam custodiae illatam . . . . .	2
— medendi rationem parum scitam . . . . .	2
— contumelias . . . . .	3
— graviditatem celatam . . . . .	1
— impetum repentinum . . . . .	4
— occultationem et hospitium syngrapho carentium . . . . .	9
— fraudem . . . . .	4
— infantes expositos . . . . .	6
— suspicionem conatus hominis interfici- endi . . . . .	2
— suspicionem homicidii . . . . .	2
— stuprum violentum . . . . .	4
— paedicationem . . . . .	3
— incestum sodomiticum . . . . .	1
— testimonium falsum editum . . . . .	1
— tesseras aerarii publici fictas . . . . .	1
— latrocinium . . . . .	9
— laesas officii partes . . . . .	1
— interversionem . . . . .	3
— conatum sui ipsius interficiendi . . . . .	3
— obtreccationem . . . . .	1
— virginis raptum . . . . .	1
— defectum syngraphi . . . . .	2

Propter sigillum judicarium laesum . . . . .	1
— pecuniam repertam et celatam . . . . .	1

Summa 229

Hic numerus magna copia fugitivorum valde augetur.

Haec vitia contra praeclarissimis facinoribus humanitatis et religionis, a civibus Rigensibus ordinum urbanorum factis, compensantur. Rigenses enim benignitate excellere, ubique notum est, atque exempla ejus frequentiora sunt, quam quae afferri possint.

Numerus infantium extra matrimonium natorum, si ad numerum incolarum, et affluxum peregrinorum respicis, multo minor est, quam in aliis urbibus, ubi multi cives sunt, et multi versantur peregrini.

Anno.	Numerus infantium extra matrimonium natorum.	Anno.	Numerus infantium extra matrimonium natorum.
1810	182	1821	99
1813	57	1822	78
1815	70	1823	99
1817	82	1824	121
1820	85	1825	132
		1826	118
		1827	97

Conjugia apud nos, quemadmodum in omnibus urbibus magnis, non raro consiliis oeconomicis et politicis tantum ducti juvenes ineunt; etenim aut pecuniam ad mercaturam suam adjuvandam, aut auctoritatem, munera, honores et assectatores matrimonio sibi comparare student, et quoniam haec consilia pauci tantum assequi possunt, multi utriusque sexus caelibes sunt. Multitudo feminarum vitam caelibem agentium tanta est, ut facile nonnulla millia inveniuntur. Luxuria, temporibus procreata et aucta, ac caritas omnium rerum ad vivendum necessarium fortasse potissimum caelibatus causam praebent. Juvenes non ita mature matrimonia ineunt, quorum fecunditate prioribus temporibus Riga excelluit. Nunc vero quasi mos est, paucos tantum liberos, sed eo plures nummos habere. Pubertas in sexu masculino post annum XVII, in sexu feminino anno XVI oritur. Aetas matronalis incipit plerumque anno XXXXV vel XXXXVIII.

Divortia in urbe saepius fiunt, quam ruri. In causa esse dicitur minor severitas consilii ecclesiastici urbis, et major severitas legum summi consilii ecclesiastici. Negotium virgines connubii officia docendi Rigae neglectum erat, et sane raro mater de hac re cum filiabus locuta est, aut loqui potuit, quo factum est, ut saepe juvenes impares matrimonio jungerentur et infelices fierent, priusquam, celeberrimus

Sonntag, supremus rerum sacrarum antistes, de Riga optime meritis, in praelectionibus suis ethicis, quas publice instituit, virgines Rigenses officia conjugii, atque auctoritatem uxoris, matris et bonae matronae docuit. Praelectiones ejus hac inscriptione impressae sunt: *Sittliche Ansichten der Welt und des Lebens, in Vorlesungen für's weibliche Geschlecht.* II Volumina. Rigae 1818 usque ad 1820.

Abortus, partus praematuri et molae Rigae raro fiunt, attamen initio hujus aevi vi quadam epidemica, incognita, plures abortus effecti videntur. — Plurimi infantes vere nascuntur, et partus plerumque tam faciles sunt, ut raro tantum medicus consulatur. Mos puerperae visendae paulatim evanescit, quod sane optandum erat. Gemini non raro pariuntur, ut hic prospectus nonnullorum annorum ostendit.

Anno.	Gemini.	Anno.	Gemini.	Tri-gemini.
1810	16	1822	16	—
1813	15	1823	1	—
1815	10	1824	16	1
1817	8	1825	22	3
1820	17	1826	14	—
1821	12	1827	26	—

Raro Rigae infantes, extra matrimonium nati, exponuntur. Infantis expositi, et quos virgines pauperri-

mae pepererunt, in fundo patrimoniali, Jungfernhof dicto, bonis rusticis traduntur, apud quos nutrices sunt, ac sumtus educationis eorum publice solvuntur.

Infanticidia et graviditates celatae Rigae raras sunt, quod optime testatur, ea, quae apud nos ad prohibenda ejusmodi vitia, paene nunquam maligno animo, sed pudore, animi imbecillitate et inscitia oriunda, constituta sunt, esse aptissima.

Natura praeceptum est, ut quaevis mater infanti ipsa mammas praebet. Corporis structura, vitae servandae cura et religio matrem, ut huic jucundo officio satisfaciat, impellunt; quo eam aetas provector, debilitas et perversa valetudo tantum liberare possunt. Rigae vero nimis saepe, quod sane dolendum est, mollities, luxuria et nimium ad consuetudinem receptam sese accommodandi studium mulieres impediunt, quo minus huic officio satisfaciunt; neque matres, matribus nervis infirmis laborantibus natae, mature in matrimonium ductae, angustis vestibis corruptae et partu omnino debilitatae, sanae nutrices esse possunt. Perpetua vita sedentaria ad opera muliebria manibus facienda et continua quies circulationi sanguinis infesta est, quare hac languente vel perturbata, palpitatio cordis, dyspnoea, tremor artuum, languor et omnia incommoda, quibus non raro feminae laborare solent, exoriuntur. Hanc ob rem quoque plures mulieres in urbe, quam ruri moriuntur. Sane desideratur aureum illud tempus, quo mo-

ribus simplicibus, etsi minore animi cultu, quaevis mater infanti ipsa mammas praebuit, et officio suo, natura praecepto, satisfecit.

Nutrices nostras accipimus e praediis vicinis, Dahlen, Jungfernhof, Pinkenhof et Baldohn dictis, optimas e duobus posterioribus. Quae e suburbiis nostris veniunt, plerumque virgines stupratae, non optimae fidei sunt. Observationes tristes, quae de nocua vi nutricum insanarum et moribus corruptis praedictarum in valetudinem infantium nimis saepe factae sunt, et difficultas semper fidelis ac bonae nutricis mercenariae inveniendae, jam pridem desiderium instituti nutricum excitarunt. Illustrissimus praeses militaris institutum nutricum (Ammenbüreau) fieri jussit, quod a. 1828 primo die mensis Januarii opem ferre coeperat. — Hoc nutricum institutum constat e medico, qui illud administrat, et obstetrice, quae muneribus vulgaribus fungitur. Utinam hoc institutum benignum cito citius consilio satisfaciat.

Educatio liberorum in ordinibus superioribus et plerumque in medio moribus aetatis nostrae est accommodata; in plebe, ut in plerisque urbibus. Naturae conveniens corporis educatio sane pluris aestimanda est, quam artificiosa; sed apud nos primis aetatis mensibus infantes raro e cubiculo, aut domo efferuntur, ut aëre libero fruantur, quod vel immitiore coelo fieri necesse est, cum coeli, quo postea usuri sunt

naturae et incommoditatibus assuefaciendi sint. Huc accedit, quod, cum apud nos cubiculum infantium plerumque minimum totius domus sit, aër in illo vaporibus nocuis cito impletur, neque tam saepe, quam necesse est, purificari potest. Multum etiam ad corruptendam atmosphaeram in cubiculis infantium malus nonnullorum mos, lintea lauta, ut siccentur, in illis suspendendi, confert.

Si eruditionem animi respicis, pueros sententias et praecepta docere solent, antequam vim et gravitatem eorum aestimare possunt, quod non omnino probandum. Libera, naturae conveniens et concinna explicatio et excultio omnium virium corporis et animi cujusque educationis finis est. Puerum igitur libere cogitare et agere sinamus, benigno animo ex erroribus ad officium reducamus, iracundiam et injurias e poenis demoveamus, ad munditiam eum adducamus, ne nimis anxie cibos eligamus, atque omnes ambages vitemus; haec omnia si faciemus, robustos, et animo et corpore sanos homines educabimus; etenim corpus et animum arctam inter se habent conjunctionem; alterius affectione alter afficitur. In religione Christiana quam accuratissime et optime juvenes erudiuntur, et in propriis solemnis ille ritus, quo juvenus Christiana sacris initiatur, maxima cum gravitate Rigae celebratur.

Constitutionem corporis amplius quadraginta quinque millium hominum, partim Germanorum,

partim Rossorum, partim Polonorum, partim aliarum nationum, designare non possumus. In universum modo afferre liceat, quae primo intuitu quasi suppeditantur. Rigenses masculini sexus in universum proceritate mediocri gaudent, solidi et musculosi sunt, bono colore praediti et facile corpulenti fiunt; maximam vero gradum pulchritudinis virilis Rigae frustra quaeris. — Rigenses feminini sexus maximam partem non magnae sunt, neque pulcherrimae, attamen singulare quid iis inest, quod, etsi neque describi, neque in singulis partibus detegi potest, unumquemque tamen allicit, ut magnae omnes attrahit acus. Sed coeli natura, vitae genus et ambitio illis indolem plantarum exoticarum, quae arte coluntur, non raro tribuit.

Itaque physica earum constitutio in universum debilis est, quod jam e pallore genarum apparet. — Neutiquam vero temporibus nostris jam convenit descriptio feminarum Rigensium a Sebastiano Münstero exhibita, in vitae suae descriptione, anno 1550 Basileae in folio edita, et figura, ligno incisa, ornata, p. 931, quae ita se habet: „Arbeiten ist in diesem land (Livonia) ein schand und müssig gehen ein eher. Dafs Weibervolk, so do im Land geboren, ist hochtragend, vnd viel von sich haltend, vnd andere weiber, auß Teutschland hingebbracht, sind von jenen veracht. Sie wülen auch nit weiber, sondern Frauen genaut werden, mit spinnen vnd andere weiber-

arbeit bekümmern sie sich nit, meyuen es sey jenen adelichen Herkommen ein oneer, aber des winters in schlitten vnd des sommers vf dem Wasser spazieren zu fahren, geht jenen bafs von der Handt, dann das spinnen. Vnd wie wol etlicher massen wolgestalt weiber da sind so macht sie jr Kleidung gar ungeschaffen, vnd wann sie sich vfs aller köstlichst angelegt haben, sehen sie einen Fafsnacht Butzen nitt ungleich. — Etenim in nostra juventute laudare possumus venustatem vultus, naturalem motuum placiditatem, honestam liberalitatem, et elegantiam quandam in elegendis vestibus. Simplicitem quidem in vestitu raro invenimus; quidquid mos requirit, comparatur; tujus rei argumento esse potest, quod initio hujus seculi feminae nostrae vestitu Anglas imitabantur, mox Graecas, nunc Francogallae exemplum vestienti iis praebent.

Vestitus virilis apud nos simplex est, vestis enim levior (Frack) panni lanei nigri, tunica (Weste) alba, bracciae nigrae, ocreae, et pileus rotundus omnibus paene in usu sunt. Apud opifices pro rata parte plus vestibus tribuitur; sed mirabilissima apud servos in vestibus magnificentia observatur. Videmus servos et servas, quos a dominis ipsorum omnino non possumus distinguere; quae nimia magnificentia causa multorum peccatorum vitiorumque habenda est. Fucus Rigae peropportune non est in usu, nisi quod femi-

nae Russae hic, ut in toto paene imperio, eo uti solent.

De moribus populorum tam diversorum uno eodemque modo judicare inconsiderati esset, cum non solum coelum, victus, educatio et religio, sed ordo quoque et negotia varietates procreent. — Sed omnes incolae, quamvis moribus diversis praediti, quodammodo confluant, et hominum societatem constituunt, qui amore patriae et imperatoris, hospitalitate et beneficentia egregie excellunt et benefacturi neque ordinis, neque nationis, neque religionis rationem habent. Diversae de Deo, ejusque cultu sententiae Rigae, ut in toto imperio, tolerantur. Ceterum Rigenses, laboriosi reipublicae cives, magna ex parte locupletes sunt, et interdum divitis superbiunt. — Quam laboriosi sunt, tam libenter iis, quae sibi paraverunt, fruuntur, aliosque ad fruendum admittunt. Res novae politicae hic, ut ubique, libentissime leguntur. Maxima civium locupletium pars multa cum elegantia vivit. Nihilominus artes liberae minus excoluntur, quum opes praecipue mercaturae impendi soleant, quae, industriae juncta, divitias, copiam et vitae fructus parit. — Vigor et sedulitas intra moenia Rigensia inde a primo diluculo usque ad noctem animadvertitur.

Opulenta incolarum pars voluptates quaerit in

conviviis, saltando, theatro, excursionibus amoenis, et aestate in habitandis villis vicinis. Ad instituta praeterea, quae fructum vitae et societatis atque commoditates communes augent, referenda sunt:

I. Theatrum.

II. Societas, quae Musse dicitur, instituta anno 1787, cujus sociorum numerus 350 esse potest.

III. Societas, quae Ressource nominatur, condita anno 1800, cujus 400 cives participes fieri possunt.

IV. Euphonia (Euphonie) constituta anno 1798. Socii sunt 400.

V. Duae societates aestivae.

Ad proprios dies festos Rigenses pertinent dies festus Joannis XXIV mensis Junii, propter antecedentem vesperam herbariam (Krautabend) amoenus, et festum famis atque inopiae (Hunger-Kummerfest) autumno. — Illa vespera herbaria trecenti aut quadringenti homines, qui flores, herbas, coronas, cet. vendunt, in forum, ad Chesinum situm, conveniunt, et turba commixta nonnullorum millium spectatorum, vestibus festis indutorum, partim eodem loco, partim in ponte Chesinensi, e ratibus facto, circumvagatur; et in nonnullis navibus, huic ponti proximis, sedibus panitur. — Hoc, quod sub finem saeculi XVII initium cepisse dicitur, cum Rigenses, fame exorta, ruri multis millibus hominum, qui in urbe opem quaesiverant, quotidie nutrimenta porri-

gerent, casaque ad habitandum darent, quotannis tempore, quo poma ab arboribus colliguntur, ter, quatuordecim diebus inter singulas vices praeterlapsis, in planitie ante portam arenosam celebratur.

Chartae lusoriae hic etiam, ut paene in omnibus urbibus, plures convivas horis constituis ad abacum ducere solent. Convivium sequens ventriculum non raro nimis implet, et fundamentum morborum futurorum jacit. Mensa opipara enim et exquisita salivam movet, quamquam gustatio (Imbis) ante coenam, quo Petropolitanos olim imitabantur, jam raro ponitur. Constat illud ex cibis salsis, viuo ex insula Madera apportato, viuo adusto et cerevisia Anglica (Porter), ut ventriculus ad coenam mox sequentem etiam magis impelleretur; sed multi eo jam ante coenam appetitum debebant, aut ventriculum nimis implebant.

Ex more duabus, tribus aut quatuor, quin etiam in conviviis magnis quinque horis post meridiem coena incipit. Vespere in nonnullis domibus jam non coenatur: sed una hora ante meridiem tantum prandium sumitur, ut hac ipsa consuetudine nova antiquus vivendi mos restitutus esse videatur. In conviviis saepe tot cibi apponuntur, quibus satis multum floris lactis et butyri admixtum esse solet, ut sub finem coenae jam oblitus sis, quos initio ederis. Mensa

secunda nonnunquam convivium secundum constituit, nam quidquid fructuum recentium anni tempus et conditorum cujusvis generis e terris longinquis navigatio suppeditat, infertur. Coagula et cupediae gelatae quoque plerumque adsunt et ventriculum onerant. Praeterea secundum ciborum naturam propinatur. Ex more Anglico feminae, mensa secunda finita, mensam relinquunt, quo facto mares inter scyphos vini optimi familiarius colloquuntur. Deinde potus coffeae et fistulae ex herba Nicotiana praeparatae (Cigarren), quae fumisugiorum locum nunc occupant, praebere solent; mox, hora sexta jam audita, paulatim convivae domum redeunt. Pulvere sternutatorio quoque viri paene omnes utuntur.

Opifices quidem victu frugaliore, sed non exiguo uti solent. Plebs quoque non vilibus cibis vescitur, etenim bonum habet panem, saepe pisces et carnem, cerevisiam et vinum adustum, et, etiamsi non multa, tamen nonnulla olera et legumina, ut brassicam concisam et sale conditam, rapas, pisa, fabas, cet., porro lac coagulatum, caseum, fungos assos et lardum. — Mercenarii cujusque generis, quorum saltem quinque millia tempore mercaturae Rigam proficiscuntur, inveniunt in longis mensis popinae, ad viam Chesinensem sitae, quovis diei tempore cibos et quinque copecis monetae argenteae famem sedare possunt.

Edere illi solent pulmentum ex pisca comparatum, piscia sicca sale cocta, Salmones Eperlanos, aliosque pisces vilis pretii, lardum, brassicam concisam et sale conditam, tum crudam, tum coctam, alicam, intestina, Clupeas Harengos minores, cepas, allium, cet.

Rossorum, qui Rigae versantur, maxima pars ritibus, moribus et vestibus, quales antiquitus habuit hic populus, utitur, locupletiores tamen, et multi Rossorum juniorum novissimos mores Anglicos et Franco-gallicos imitantur, et nisi pronuntiatio verborum eos significaret, multos agnoscere Rossos difficillimum esset.

Calda Sinensis tum a Rossis, tum a reliquis incolis Rigae aequae, ac potus coffeae, saepe bibitur. De potu in universum dici potest, plebem plerumque aquam, vinum adustum et cerevisiam, incolas ditiores vinum et potiones, quibus sicera, e reliquis sacchari cocta, admixta est, bibere.

Quoniam juventus nostra fervidis mensibus aestivis libenter in Chesino lavatur et natat, non desunt, qui in undis vitam amittant, quamquam, qui disciplinam publicam exercent, quovis modo natantibus prospiciunt. Quotannis enim cura ad lavandum corpus loca in diversis Chesini regionibus designantur et limitibus sepiuntur; anno praeterito utilissimum ad lavandum institutum existit, balnearium, in medio

Chesino natans, pluribus separatis cubiculis elegantissimis, rebusque necessariis instructum, quo a ponte e ratibus facta, parvo dato pretio, scaphis, eo consilio institutis, vehi, ibique lavari licuit. Aquis marinis non minus libenter, quam Chesini, jam ex multis annis incolae Rigenses utuntur, et magna copia tam sanorum, quam aegrotantium aestate ad litus maris Baltici proficiscitur, tum ad corpora pro toto anno roboranda, tum ad effugiendam vitam urbanam.

Sudatoria, quae Rossis nostris non solum necessaria sunt, sed singularem etiam voluptatem praebent; ex reliquis quoque Rigensibus ordinum inferiorum multi amant. Nonnulli mihi noti sunt, qui singulis hebdomadibus sudatorium frequentant, in quo aestus XXX. vel XL graduum esse solet.

---

## De morbis.

Postquam de situ et coelo Rigae pauca verba feci, jam morbos hujus urbis, quatenus possum, descripturus sum, cum experientia et observationes a me ipso factae me deficiant. Lector igitur in hoc capite ea tantummodo inveniet, quae ex ore medicorum urbis Rigae accepi, et ex prospectibus morborum in Livonia observatorum, quos Dr. Ludovicus Dyrsen secundum relationes publicas, a medicis tribunali medico Livoniensi missas, proximis annis confecit, excerpere potui.

Adumbrationem pestilentiarum et luum contagiosarum, quae nonnullis seculis ante Rigae atque in Livonia multos homines consumserunt, et descriptionem catarrhi maligni, qui Influenza appellatur, anno 1782 grassati, invenies in volumine secundo topographiae celeberrimi Huhnii p. 95 seq.

Momenta morborum causalia communia Rigae eadem, quae ubique in frequentibus urbibus mercatoriis, sunt: Cognata oppidanorum infirmitas; eorum educatio, in qua cum multis commodis multae quoque res, sanitatem et corporis et animi perturbantes, conjunctae sunt; luxuria; et mores corrupti. In plebe eo morbi procreantur, quod nimiam vini adusti copiam bibunt, quod multi in angustis et humidis tabernis convivunt, quin etiam, quod tamen nuper gravi poena interdictum est, madidas cellas urbis habitant. Si ad coelum respicis, repentinae quoque ac frequentes mutationes temperiei, refrigeria inde exorta, et corruptio atmosphaerae, ex parte angustis viis, altis domibus et defectu arearum progenita, causae morborum existant. Continua constitutio morbida est nervoso-catarralis, autumno vero et sub initium hiemis magis rheumatica.

Morbi Rigae frequentissimi sunt, si secundum frequentiam, quatenus fieri potest, enumerantur, fere hi: Febris catarrhalis, syphilis, febris rheumatica, febris nervosa, febris gastrica, febris intermittens, angina, catarrhus pulmonum, diarrhoea, rheumatismus chronicus, arthritis, haemorrhoides, scabies, helminthiasis et scrophulae.

Februm omnium catarrhalis frequentissime occurrit, anno praeterito tamen etiam plures febres intermittentes observatae sunt. — Febris catarrhalis apud nos endemica est propter repentinas mutationes tem-

periei coeli et mollitiem infirmitatemque corporis contra frigus, perversa educatione procreatam, quo fit, ut transitus ex cubiculis nimis calidis in aërem frigidum facile illam gignat.

Catarrhus, qui anno 1800 grassabatur, Rigae primum inter diem XV et XX mensis Decembris anni 1799 observatus est. Inter diem XXVIII mensis Decembris ejusdem anni et diem XIV mensis Januarii anni 1800 numerus hominum eo laborantium maximus fuit, nam 7000 aegrotabant; deinde tam celeriter deminutus est morbus, ut initio mensis Februarii tantummodo morbi, qui illum sequebantur, curandi essent. Malum mox febrile, mox apyreticum exoriebatur, sed negligentia et regimine remediisque pravis innox horribile existebat. In sectionibus cadaverum in nosocomio militum Rigae mortuorum repperunt in aliis inflammationem et suppurationem pulmonum et magnam accumulationem humorum in pectore, in aliis magnas indurationes atque inflammationem hepatis, in aliis inflammationem ventriculi et intestinorum. Neque tamen praetermittendum, hos milites, fato functos, jejunia modo finita hoc ipso tempore multo cibo potuque aliquatenus compensare voluisse, atque initio malum, ingruens majore vini adusti copia repellere studuisse.

Numerus febrium intermittentium, quae decennio ante multo rariores factae erant, ex hoc inde tempore quotannis auctus est, ita ut anno praeterito 1827 maximus omnium fuerit. Imprimis vere atque autum-

no illae grassantur, nec tamen omnino reliquis anni temporibus evanescent; quin etiam interdum aegroti sunt, qui ejus pertinacia per totum annum vexantur. Cur ex nonnullis annis frequentiores et perseverantiores factae sint, certo dicere non possumus; etenim tempestate quamvis diversissima, nunc humida et frigida, nunc sicca et calida, paene continuo tamen perduraverunt. Chesinum interim glacie liberatum, atque ex alveo suo egressum, multum ad excitandam febrem intermittentem conferre, maxime verisimile est, cum eo tempore numerus ea laborantium valde augeatur. — Fortasse vero aliquatenus in causa quoque est exhalatio fossae urbis et frequens usus piscium his annis, piscibus abundantibus.

Febres gastricae et biliosae mensibus aestuosis et initio autumnii, si dies calidi, noctes frigidae sunt, saepissime observantur. Dispositio gastrica exorta e frequentibus et magnis diaetae vitiis, et cita refrigeratio post aestum majorem plerumque hunc morbum procreant; qui rebus infansis et perverso aegrotorum regimine, facile indolem nervosam aut putridam induit, plerumque tamen aptae medendi methodo intra paucos dies cedit.

Febres nervosae, quae plerumque apud nos, si ad frequentiam respicis, tertium aut quartum locum omnium morborum occupant et saepe febres rheumaticas numero superant, extra Rigam paene semper formam febrium frequentissimam constituunt, ita ut anno

1835 in Livonia etiam plures homines febre nervosa, quam catarrhali laboraverint. Raro illae apud nos contagiosae fiunt, saepius in reliqua Livoniae parte, ubi saepe etiam epidemice grassantur. Apparent febres illae plerumque prima periodo in forma febrium rheumatico-catarrhalium, eximio languore et cephalalgia stipatarum, et mox deinde nervosam induunt indolem. Numerus febre nervosa defunctorum, collatus cum numero eorum, qui aliis morbis mortui sunt, maximus est. In universum Rigae septima pars omnium mortuorum febre nervosa consumitur.

Febris rheumatica et rheumatismus acutus etiam notum malum Rigae est, procreatum tempestate humida frigidaque autumnii, et repentinis temperiei mutationibus. Multi, qui magnam ad illum morbum habent dispositionem, ab illo vestibus interioribus panni lanei tenuioris se defendunt.

Exanthemata acuta epidemice grassantia semper variant, atque certis temporibus aliud aliis quasi vicibus fungi videtur. Scarlatina, quae anno 1823, 1824 et 1825 urbi nostrae quam maxime infesta erat, anno 1826 et 1827 multo rarius observata est. — Rarissime nobis, scarlatina his proximis annis grassante, contra sequelam ejus, anasarca, agendum fuit. Morbilli anno 1823 frequentissimi erant, ex hoc inde tempore hic morbus valde deminutus est. Variolae omnino hucusque non plane depelli potuerunt, quia Rossi

ecclesiae Graeco-catholicae veteris praeconceptionibus et ignorantia ducti consilia medicorum respicere solent. Nemo enim eorum auxilium medicum flagitat, aut liberis suis sponte variolas vaccinas inserendas curat. Interim hoc facere jussi sunt, et qui disciplinam publicam exercent, assidue legi invigilant, atque ad domum, ubi aliquis variolis genuinis laborat, tabulam nigram suspendunt, cui haec verba, tum in lingua Germanica, tum in lingua Rossica inscripta sunt: „Hic grassantur variolae genuinae.“ Paene quotannis nonnulli iis correpti morti succumbunt, anno praeterito 1827 quindecim, quorum unus etiam adultus erat. Praeterea quoque animadvertuntur, neque tamen saepe, varicellae, rubellae, urticaria, cet. Non raro quoque in urbe nostra observantur inflammationes erysipelatosae, cum multi incolae Rigenses temperamento cholericis praediti sint.

Inflammationum frequentissima apud nos angina faucium est, morbus Rigae saepius observatus, quam in reliqua Livonia. Post eam sequuntur in ordine, quem inflammationes, quoad frequentiam, jam ex multis annis servarunt: Pneumonia et pleuritis, bronchitis, hepatitis, angina membranacea, enteritis, cet.

Morbi venerei, post febrem catarrhalem frequentissime apud nos occurrunt, quippe quibus in universum quotannis tricesima tertia pars incolarum laboret.

Arthritis et rheumatismus chronicus, qui hic

plerumque eos tantum adoriuntur; qui media fere vitae aetate gaudent, neque omnino feminis parcent, malum pertinacissimum constituunt, contra quod a medicis nostris saepe frustra agitur. Causas eorum magna urbs mercatoria multas praebet.

Morbum non rarum haemorrhoides etiam efficiunt. Abusus potuum aestum excitantium, aromaticorum et spirituosorum, vita sedentaria, abusus carnis, atque ut videtur, dispositio quaedam hereditaria, hunc morbum tam frequenter procreant.

Magna pars mortuorum apoplexia abripitur, amplius dimidium hominum ea correptorum morti succumbit. Pleraque mortes repentinae urbis hostiae apoplexia producuntur.

Exanthematum chronicorum scabies frequentissime occurrit; imprimis homines ex ima plebe ea laborant, in quibus propter immunditiam vulgarem vix omnino sanari potest.

Deinde saepissime animadvertitur herpes, cujus causa praesertim in abusu vini adusti, atque ciborum pinguium et salsorum quaerenda esse videtur.

Helmenthiasis saepe infantes et juvenes infestat. Taenia hic non est endemica et raro tantum occurrit. Scrophulis apud nos plerumque tantum infantes plebis laborant. In causa sunt cibi viles et nimia copia infantibus dati, et cubicula humilia atque humida, quae plebi praecipue propter paupertatem habitanda sunt. Plerumque hic morbus in atrophiam abit.

Morborum a medicis Rigensibus per quinquennium modo praeterlapsum tractatorum Synopsis.

Morborum formae.	1823.			1824.			1825.			1826.			1827.			Morborum formae.	1823.			1824.			1825.			1826.			1827.						
	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.		Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.	Sanat.	Mort.	Aegrit.				
<i>Febres.</i>															<i>Mentis et nervorum morbi.</i>																				
Febris ephemera				21			11						14			Amentia	8	7	7	1			4	1		morbi psychici									
Febris continua continens	46	1	6	28	1	7	19		2	52	2	2	70		2	Vesania				1															
Febris remittens				16			28									Mania	6	9	14	10			10	31	2	11	41	18	26	46	27	18			
Febris intermittens	265	1	8	349		11	241		10	762	20	20	1369	1	32	Melancholia	10	4	11	10			12	23	1	6									
Febris catarrhalis	1844		39	1884		56	2056		57	2400		37	1272		55	Adynamia				25			2			8						6			
Febris rheumatica	569		26	412		16	680		26	844	7	22	475		35	Agrypnia										1						3			
Rheumatismus acutus	69		6	113		11	81			60		5	64			Asphyxia	1			2			1			6						4			
Febris inflammatoria	90	1	2	66		1	42	1	2	69		6	64	1	2	Syncope							6			1									
Synocha	17			10	2											Vertigo	1			2						1									
Febris nervosa s. Typhus	605	66	22	551	63	28	473	53	15	668	64	33	248	28	10	Apoplexia	32	1	54	23			9	13		2	36					1			
Febris nervosa putrida	38	19	1	15	12											Paralysis	16	14	1	22	19	2	8	10	1	17	26	1	14	24		1			
Febris nervosa stupida				11	2											Hemiplegia	25	5	8	21	8	9	14	12	15	13	4	10	31	1	12				
Febris nervosa lenta	10	2	2	19	4	2	20	4	4	66	7	8	27	3	5	Hydrophobia				2			5	2											
Febris adynamica				8												Epilepsia				1			1												
Febris gastrica	361	16	20	459	9	13										Eclampsia	5	1	19	7	1	29	6	5	19	4		12	7	4		18			
Febris biliosa	23	1		2			338	10	9	537	10	30	386	18		Spasmi	150	6	5	178	5	6	186	4	1	262	2	10	142	3	5				
Febris saburrealis				3						48	2	1	63	1		Convulsiones	31	4	2	33	6	1	37	1	5	26	4	1	31	4		2			
Synochus	23			36	1	3										Chorea St. Viti				3			1	4		2	3								
Febris verminosa	23		2	47	2		12									Catalepsis	3						1	4		2	3								
Febris pituitosa	35		3	8	2		4	2								Tetanus				3			3			2	2								
Febris evolutionis	14			19	2					12		3				Trismus										3	2					3			
Febris puerperalis	10	2	1	18	3		22	6		28	9	2	12	3	2	Hysteria	125	2	25	97	45	104	32	157		37	74					32			
Febris petechialis				25	6	1	3	1		15	1					Hypochondria	25	2	9	17	2	35	2	3	17	13	17							11	
Febris hectica	1			2									2	10	1	Neuroses in genere	10		8	29	2	5	2	3	17										
<i>Inflammationes.</i>															<i>Dolores.</i>																				
Hydrocephalus acutus				2	4		14	10		16	6		11	10		Delirium tremens potatorum	14	1	1	14	2	1	20	2	2	50	13	2	18						
Encephalitis	3	6		11	2		14			51	11	1	27	7		Dolores in genere				47			2												
Phrenitis	7	1		1	1											Neuralgia				3			2			4	17		6	9				3	
Meningitis				1												Cephalalgia	25		2	14	15	33	8	62		9	15				1	15			
Otitis	9			8			5			9	2		19			Otalgia	24			13			2	14		1	9								
Angina faucium	376	2	13	399	2	15	510	2	19	559	2	18	443	3	15	Odontalgia				49			36			35									
Angina uvularis	21			3												Prosopalgia	32			1			3			1	22								
Angina tonsillar	117		7	31	1											Lumbago				2			1	2		1	16					2			
Angina pharyngea				5												Ischias				2							10								
Angina membranacea	59	6	2	33	3	1	34	3		43	2	1	36	3		Gonalgia				1			8	3		3	6					2			
Angina parotoidea	75		4	40	1	3	22	2		30	1		185	3		Rheumatismus chronicus	296		36	298	31	309	27	425		39	427					47			
Laryngitis				8			1									Arthritis	230	17	59	235	5	58	222	6	48	258	3	48	120						85
Tracheitis	15	1		19			38			33	2		24			Morbi cordis et systematis sanguiferi.																			
Bronchitis	21		3	23	3		21	2		12	3		11	2	2	Morbi cordis et Aortae	11	3	3	3	1	3	4	1	3	14	7	5	2	5					
Pneumonia	162	9	9	139	8	4	149	15	16	228	17	3	120	6	2	Vitia cordis organica				1			1	3	4	1	3	14							
Pleuritis	88		2	72	4	5	99	6	5	133			135	6		Morbis coeruleus				1			1												
Peripneumonia notha	3			7	1		12									Palpitatio cordis				1															
Glossitis																Congestiones	14		2	6			2												
Carditis																Plethora	18		8	24	7	32	4	25	47			4	26					1	
Pericarditis	3			9	1		2			3	1		7	2		Haemorrhagiae	14		4	3	1	8	4	25	47			4	47					2	
Gastritis	4	2		11	2	1	12	5	1	5	1		7	2		Epistaxis	14	1	4	28	3		39	3		19			34						5
Enteritis	39	5	1	29	3		24	7		49	6	3	28	6	2	Haematemesis	11			18			1	43		1	31		43						1
Hepatitis	64	4	7	61	4	2	55	4	3	76	2	3	58	1	2	Haemoptysis	2	1		5	1		7	1		13	3	1	4						
Diaphragmatitis																Haematuria	53	3	6	49	2		1	32	1	3	60	5	2	61	5				1
Splenitis	2		1	3	1		4	1		5			10	2		Haemorrhagia uteri	5			4			3			5			5						1
Nephritis	5		1	1			5	1		2			6			Menstruatio anomala	39			37	42	2	2	88	4	7	46	1					2		
Cystitis	4			1			1			5	1		12			Menses nimii				70	10		149	15	115		14	142							17
Orchitis	4			9	1		11			16	2		16			Amenorrhoea	118		12	18															
Psoitis	2	1		2												Haemorrhoides	144	3	21	222	1	56	185	22	340	1	38	134					22		
Myelitis	1			1												Morbi systematis respirationis.																			
Peritonitis	5			7	1		11			11	2		11	3		Coryza habitualis				3															
Peritonitis puerperarum	1	1		4												Raucedo				1															
Metritis	5			3												Catarrhus pulmonum et Tussis	617	2	29	645	4	38	499	4	14	648	2	41	711						55
Phlebitis				3												Blenorrhoea pulmon. et tracheae				4															
Inflammationes externae	12			17			24			36			34			Phthisis pituitosa	36	16	5	27	11	9	24	11	3										

Morborum formae.	1823.			1824.			1825.			1826.			1827.			1823.			1824.			1825.			1826.			1827.		
	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.	Sanat.	Mort.	Aegri.			
Cholera . . . . .	55	3	1	42	3	12	57	2	158	8	50	1	23	1	14	1	6	25	1	18	15	108	2	17	23	2				
Diarrhoea . . . . .	498	9	8	557	3	12	523	11	835	14	20	598	7	23	47	2	57	94	1	7	78	108	1	17	23	2				
Dysenteria . . . . .	81	4	8	52	2		32	2	97	3		59	2		149	16	79	9	53	1	127	1	112	1	17	23				
Obstructio alvi . . . . .	40		10	58		6	32	2	37		7	37	1		82	18	189	30	163	39	196	32	78		4	2				
Tympanitis . . . . .							1	1							1	3	4	1	3	2	3						2			
Cardialgia . . . . .	95		7	103		9	94	1	16	255	1	14	145	8	4		6	2	2		3						2			
Colica . . . . .	142		4	189		4	151	8	242		3	228	14		24		49		51	2	56	2	64				2			
Obstructio viscerum abdominalium	45	3	4	57	4	8	45	3	62	7	10	36	9		15	1	4	5	2	4	2	8	2	12			2			
Obstructio et induratio hepatis				5	1	1	3	2	1	87	3	5	66	2														1		
Icterus . . . . .	45	2	4	57	2	4	43	2	1	87	3	5	66	2														1		
Helminthiasis . . . . .	267		18	209	2	25	229	1	5	358	1	20	160	9														5		
Taenia . . . . .	4			12		2	24	1	1	29		1	17	2														2		
Venificium . . . . .							1																					1		
Phthisis hepatica . . . . .		4	1																									1		
Aphthae . . . . .	42		3	44	1	1	42		3	28		29	1															1		
Ileus . . . . .																													1	
Melaena . . . . .																												1		
<i>Morbi systematis uropoetici et sexualis.</i>																														
Stranguria . . . . .	10			16			22	1	40	5	41	6																1		
Dysuria et Ischuria . . . . .	12		1	13		3	7	1	7		4																	1		
Incontinentia urinae . . . . .	1		1	5		1	2	1	3		1	6																1		
Catarrhus vesicae urinariae . . . . .	2			19		3	4	6	13	1	12	5	4															1		
Calculi renum et vesicae . . . . .	2		3	1		3	4	6	13	1	12	5	4															1		
Impotentia virilis . . . . .							1					1																1		
Pollutiones . . . . .	4			1		1	2					1																1		
Gonorrhoea vera . . . . .							1					1																1		
Onania . . . . .							1					1																1		
Fluor albus . . . . .	79		14	94		15	109		8	168		29	84	13														1		
Vitia organorum uropoet. . . . .	4		1									1																1		
Diabetes . . . . .																												1		
<i>Morbi cutanei chronici.</i>																														
Exanthemata chronica . . . . .	49	1	5	29		4	54		4	123		9	161	18														1		
Scabies . . . . .	319		25	310		40	327		15	430		15	210	26														1		
Psudrasia . . . . .				5		1																						1		
Prurigo . . . . .							13																					1		
Intertrigo . . . . .	4		1				3																					1		
Gutta rosacea . . . . .																												1		
Herpes . . . . .	100		15	126		28	89		16	122		22	110	14														1		
Ichthyosis . . . . .				1																								1		
Carcinoma cutis . . . . .																												1		
Porrigo . . . . .				11		3																						1		
Tinea et Favus . . . . .	13		3	18		5	15		9	18		5	14	2														1		
Crusta lactea . . . . .	27		3	22		3	30		2	17		1	15	1														1		
Crusta serpigiosa . . . . .	2		2	5			19		3	14		1	13	2														1		
<i>Cachexiae.</i>																														
Chlorosis . . . . .	4			4	1		3			6	6	1	4	4														1		
Oedema . . . . .				14			8			17		6	10	1														1		
Hydrops universalis . . . . .	30	20	9	62	27	9	24	13	9	58	25	9	20	12	10													1		
Hydrops Ascites . . . . .	9	3	2	15	3	2	5	5	5	14	1	3	11	7	3													1		
Hydrops Anasarca . . . . .	21	1	2	26	1	1	12			15		1	5	2														1		
Hydrops cerebri . . . . .	9	4		1	2		2	1	4	2	10	3	2	10	1													1		
Hydrops pectoris . . . . .	5	4	4	3	7		1	10	1	7	10	3	2	10	1													1		
Hydrops ovarii . . . . .																												1		
Blennorrhoea . . . . .				28		3	4																					1		
Tabes . . . . .	2			2	7	3	4		2	2	1	3	2															1		
Marasmus senilis . . . . .	45	10		8	6		10	4		17	2	10	3															1		
Scrophulae . . . . .	84	2	24	109	2	39	153	4	47	117	1	31	141	25														1		
Atrophia infantium . . . . .	25	1	6	22	6	2	23	3	2	20	6	8	14	5	4													1		
Rachitis . . . . .	4	1	1	3	2	1	2	1	2	5	1	6	8	2	2													1		
Dentitio difficilis . . . . .	45	5	2	59	1	1	49	4	7	66	4	3	111	4	1													1		
Ozaena . . . . .				2		1	1																					1		
Stomacace . . . . .				7			4																					1		
Noma . . . . .																												1		
Scorbutus . . . . .	27		6	21		9	8		1	7		2	15	1														1		
Morbus haemorrhagicus . . . . .																												1		
Lues venerea . . . . .	1051	4																												

Ut ea, quae hoc capite diximus, explanemus ac probemus, has tabulas addimus, quibus omnes morbi hoc quinquennio a medicis Rigensibus tractati, continentur.

(Morborum a medicis Rigensibus per quinquennium modo praeterlapsum tractatorum Synopsis huc pertinet.)

Ex tabulis illis, statum valetudinis incolarum Rigae exhibentibus, in universum hoc fere concludere possumus.

Si numerum aegrotorum cum numero incolarum, quem ex numerationibus proximis supra attulimus, comparamus, apparet, in universum duas quintas partes incolarum quotannis aegrotasse, sive rectius, quinorum incolarum binos tantum medicum consuluisse. Atamen, quum non raro unus idemque aliquoties per annum morbo laboret, proportio illa accurate ad singulos homines referri nequit.

Ratio sanatos et mortuos intercedens quotannis major fit, ut ex hoc prospectu apparet.

Anno 1823 ut $29\frac{1}{2}$ ad 1.	A. 1826 ut $40\frac{1}{2}$ ad 1.
— 1824 — 55 — 1.	— 1827 — 43 — 1.
— 1825 — $56\frac{1}{3}$ — 1.	

Hinc concludere possumus artem medicam Rigae hoc quinquennio multum profecisse.

Addimus in fine hujus capitis etiam tabulam morborum, qui Rigae praecipue lethales fuerunt.

Tabula morborum Rigae praecipue lethalium.					
Nomen morborum,	M o r t u i .				
	1823.	1824.	1825.	1826.	1827.
Febris nervosa . . .	85	77	53	64	28
Phthisis pulmonum	50	51	50	36	37
Hydrops . . . . .	32	42	30	58	31
Scarlatina . . . . .	34	44	22	4	—
Apoplexia . . . . .	14	19	10	26	24
Marasmus senilis . .	45	8	10	17	10
Pneumonia, Pleuritis et Bronchitis . . .	9	16	23	17	8
Morbi psychici . . .	20	—	3	18	27
Febris gastrica . . .	16	9	10	10	—
Diarrhoea . . . . .	9	5	11	14	7
Variolae . . . . .	3	8	5	—	15
Hydrocephalus acutus	—	4	10	6	10
Paralysis . . . . .	5	8	12	4	1
Arthritis . . . . .	17	3	6	5	—
Encephalitis et Phre- nitis . . . . .	7	3	—	11	7
Syphilis . . . . .	4	4	7	10	2
Enteritis . . . . .	5	3	7	6	6
Spasmi . . . . .	6	5	4	2	3
Convulsiones . . . .	4	6	1	4	4
Delirium tremens . .	1	2	2	13	—
Angina membranacea	6	3	3	2	3
Dentitio difficilis . .	3	1	4	4	4
Atrophia infantium	1	6	3	4	5
Tussis convulsiva . .	6	2	4	2	3
Morbilli . . . . .	12	3	—	—	—
Hepatitis . . . . .	4	4	4	2	1
Haemoptysis . . . . .	3	2	—	5	5
Asthma et Dyspnoea	—	3	5	2	11
Scirrhus et Cancer . .	3	3	1	6	6
Obstructio viscerum abdominalium . . .	3	4	3	7	—
Febris hectica . . . .	—	2	—	—	10

## De scholis, eruditorum societatibus, ro medicinali, et pauperum cura.

Addere liceat opusculo nostro enumerationem scholarum publicarum, societatum literatorum, institutorum ad pauperes alendos, atque eorum, quibus a republica urbis sanitati consulitur.

Ad scholas publicas pertinent, Gymnasium provinciae; duae scholae territorii Germanicae — schola cathedralis et schola navigationis schola territorii; Rossica — Catharinaeum; schola urbis, puellis docendis destinata; duodecim scholae elementariae, in quarum tribus puellis erudiendis opera navatur; schola puerorum sumibus aerarii publici sustentata (Kronsvolksschule); duae scholae parochiales Romano-catholicae, altera puerorum, altera puellarum; schola Romano-catholica pauperum; schola, quae diebus solis a tironibus opificum frequentatur et schola Lutheri appellatur. Copia institutorum privatorum eruditionis causa aequae magna est. Ad excolendos incultas, praesertim femini sexus, multum etiam confert, quod ex nonnullis annis viri docti, Rigae habitantes, praelectiones publicas de rebus et jucundis et scitu dignis habuerunt; ut beatus Dr. Sonntag, supremus rerum sacrarum antistes, de historia Livoniae, et de sententiis moralibus vitae atque ho-

minum; clariss. Grindel, a consiliis coll. Ross. de chemia et physica experimentalis; spectabilis Tieling, mercator, de scientiis ad mercaturam pertinentibus; et doctiss. Gaeschel, praeceptor privatus, de astronomia.

Eruditorum societates Rigae hoc tempore exstant tres: I) Societas civium literato-practica, condita anno 1802. — Sodalitium hoc viros doctos, numeribus publicis fungentes, artifices atque opifices complectitur, qui cogitata, observata atque inventa, ad vitam publicam ac domesticam accommodare student. II) Societas pharmaceutico-chemica, constituta anno 1803, quae res, ad artem pharmaceuticam emendandam facientes, investigare, pharmacopolia urbis nostrae ad majorem perfectionis gradum evahere et tironibus, qui pharmaceuticam discunt, cultum literarium praebere pro viribus enititur. III) Societas medicorum practico-rum Rigensium, instituta mense Novembri a. 1822. Praecipue haec spectat amplificationem cognitionis et exercitii artis medicae, cum universe, tum imprimis apud socios, qui dividuntur in ordinarios et eos, qui tantum literarum usu cum hac societate conjuncti sunt. Numerus omnium sociorum certis limitibus non circumscriptus est, socii ordinarii viginti tantum esse possunt. E sociis majore numero suffragiorum praeses perpetuus et secretarius annuus eligitur. Die XV cuiusvis mensis socii conveniunt, quorum quemque, ne in

concilio demum materies disputandi quaerenda sit, jam domi aliquid, de quo disseratur, excogitare oportet; postulatur etiam a quoque socio unum saltem opusculum majus quotannis. Aliquando, si opusculorum tenore, a iudicibus extraordinariis, e sociis electis, examinato, materia sufficet, opera sua propriis sumptibus typis excudere et divulgare haec societas apud animum constituit.

Et numero et magnis maxima ex parte opibus institutorum beneficorum, tum publicorum, tum privatorum Rigae imprimis excellit. Maximi momenti instituta ejusmodi sunt: 1) Illa in loco Alexandershöhe dicto, a collegio curae publicae administrata, in quibus aegroti sanantur, dementes recipiuntur, pauperes aluntur atque ad laborandum, quantum possunt, impelluntur, contumaces et scelerati puniuntur (die vereinigten Heil-, Irren-, Versorgungs-, Arbeit- und Strafanstalten). Eorum fundamentum anno 1820 jactum, atque anno 1824 aedificatio finita est. Praecipue haec instituta nunc floreant, cum Imperator noster clementissimus, Nicolaus I, nuper 40,000 uncialium Rossicorum (Rubel) illis dono dedit. 2) Hospitium publicum St. Georgii, fortasse jam anno 1220 ab episcopo Albrechto conditum. 3) Aedificium St. Nicolai, ad pauperes alendos atque ad laborem impellendos constitutum anno 1792. 4) Aedificium pauperum Rossorum exstructum anno 1790. 5) Nosocomium urbis, cui adjectum est domicilium, ubi par-

turientibus opera praestatur, conditum anno 1803. 6) Nosocomium nautarum, exstructum anno 1815. 7) Nosocomium ecclesiae Romano-catholicae, in quod non solum aegroti omnium confessionum Christianarum, sed etiam Hebraei recipiuntur, atque ibi curantur. 8) Sodalitas mensae (Tafelgilde), composita anno 1425. 9) Fundatio benigna (die milde Giff), constituta anno 1538. 10) Institutum societatis coctorum cerevisiae. 11) Institutum St. Joannis sodalitatis minoris. 12) Societas feminarum Rigeusium, fundata anno 1817. 13) Institutum ad servandos eos, qui aqua aut vaporibus suffocati sunt, aliosque, qui videntur tantum mortui, a societate civium literato-practica conditum. 14) Orphanotrophium urbis, jam anno 1651 exstructum. 15) De Fischeri et 16) Holstii institutum ad educandas puellas. 17) Conventus spiritus divini, conditus anno 1557 et 18) Campenhauzenii institutum, quod Elend vocatur, fundatum anno 1492, in utroque viduae pauperes civium aluntur. 19) Nystedtii conventus viduarum, constitutus anno 1594. 20) Eckii conventus viduarum, conditus anno 1615. 21) G. W. de Schröderi institutum viduarum, fundatum anno 1805. Praeterea Rigae numerus societatum adjutricium, societatum ad mortuos sepeliendos conditarum, cet., et legatorum aliarumque foundationum beneficarum a bonis civibus, partim quoque a viris e nobilitate ad adjuvandas viduas, orbos, cives veteres, pauperes pressos, et juvenes litterarum studiosos, quibus opes de-

sunt, destinatorum ingens est. Accuratiorem descriptionem plurimorum institutorum benignorum, quae modo enumeravimus, atque accepti et expensi eorum invenies in Huhnii topographia Rigae, vol. I., p. 177 seq.

Riga jam anno 1406 suum chirurgum urbanum habuit, ut ex ratione aerarii publici apparet. In juribusjurandis ejus temporis, quo Riga modo in dictionem Poloniae venerat (a. 1532), est quoque jusjurandum tonsoris urbani, cui praeter alia etiam haec juranda erant: darob seyn zu wollen, dafs der Rath an ihrer Bruche, mit Vermeldung des ersten Bandes, nicht verletzt werde, (ne magistratus mulcta, de laesionibus illatis constituta, privaretur) und deshalb alle Sonnabende die Verwundeten anzuzeigen. Cf. Rig. Stadtblätter 1813, p. 199, in capite inscripto: „Wie es in alten Zeiten zuweilen in Riga hergegangen seyn mag.“

Ex quo tempore Riga duos physicos habuerit, inveniri non potuit. Diploma Dr. Kriegii et Dr. Martini, die XVI mensis Februarii anni 1797 editum, (in libro magistratus, in quo munera delata inscripta sunt [Raths-Bestallungsbuch]) docet, semper duos fuisse physicos. Munus alterius physici hoc tempore vacat. Tribunal medicum Livoniense, jussu die XIX mensis Januarii anni 1797 ex edicto ipsius imperatoris, die XXIX mensis Aprilis ejusdem anni munere suo fungi incepit. Socii ejus, inspector, chirurgus, et parturientium adjutor, quotidie in cubiculum constitutum in arce conveniunt.

Officium eorum est, ut conservationi et physicae salutis civium studeant, et laes lethiferas ab urbe avertant et depellant. Praeest illa medicis civium publice constitutis, medicis et chirurgis, quibus artem suam exercere licet, pharmacopolis reipublicae et privatis et obstetricibus; ipsa proprie subjecta est collegio medico imperii. Muneribus publicis rem medicam spectantibus funguntur Rigae praeter physicum medicus quoque disciplinae publicae (Polizeiarzt), medicus territorii, obstetrix disciplinae publicae et medicus veterinarius. Medici, quibus artem suam exercere licet, hoc tempore Rigae sunt XXXI, obstetrices XXXXII, pharmacopolia XIII et unum pharmacopolium reipublicae. Prioribus temporibus Riga suis usa est legibus pharmaceuticis. Cf. Riga's revidirte und vermehrte Medicinal- und Apotheker-Ordnung, 1750, 4. Ex anno 1789 vero pharmacopolis Rigensibus leges pharmaceuticae Rossicae observandae sunt.

## C o r r i g e n d a .

P.	10	l.	12.	Delendum est	die		
—	13	—	18.	Ponendum est	(;)	pro (;)	
—	—	—	23.	—	—	<i>Paucae</i>	— <i>Pauci</i>
—	14	—	2.	—	—	(,)	post imperii
—	15	—	11.	—	—	(;)	— sunt
—	—	—	16.	—	—	et	pro ct
—	17	—	13.	—	—	<i>incolarum</i>	— <i>incolarum</i>
—	20	—	20.	Delendum est	(,)	post tollendam	
—	24	—	19.	Ponendum est	<i>Drümpelmannii</i>	pro <i>Drumpelmannii</i>	
—	—	—	—	—	—	et	— at
—	25	—	5.	—	—	(;)	(;)
—	—	—	13.	—	—	<i>fossilium particulas continentes pro ejusmodi</i>	
—	—	—	22.	—	—	<i>tum</i>	pro <i>tnm</i>
—	—	—	25.	—	—	(,)	post emit
—	26	—	2.	—	—	<i>Quantam</i>	pro <i>Quantum</i>
—	27	—	8.	Delendum est	(,)		
—	35	—	4.	Ponendum est	<i>sexage</i>	pro <i>sexages</i>	
—	36	—	3.	—	—	<i>nonnullas</i>	— <i>nonuullas</i>
—	37	—	5.	—	—	<i>sexagesimis</i>	— <i>sexagisimis</i>
—	—	—	15.	—	—	<i>partes</i>	— <i>partas</i>
—	43	—	6.	Delendum est	(,)		
—	45	—	17.	Ponendum est	<i>inde</i>	pro <i>iude</i>	
—	—	—	25.	—	—	<i>luxuria</i>	— <i>luxaria</i>
—	—	—	25.	—	—	<i>Russland</i>	— <i>Russlaud</i>
—	46	—	7.	—	—	(;)	post multi
—	—	—	9.	—	—	<i>praecipue</i>	pro <i>pracipue</i>
—	50	ult.	—	—	—	<i>infantes</i>	— <i>infantis</i>
—	53	—	25.	—	—	<i>initiatnr</i>	— <i>initiatnr</i>
—	60	—	19.	—	—	<i>jüventus</i>	— <i>jventus</i>
—	61	—	11.	—	—	(;)	— (;)
—	—	—	15.	Delendum est	(,)	post XXX	
—	62	—	13.	Ponendum est	<i>angustis</i>	pro <i>angustis</i>	
—	64	—	27.	—	—	<i>anno</i>	— <i>auno</i>
—	68	—	21.	Ponendum est	<i>Helminthiasis</i>	— <i>Helmenthiasis</i>	
—	71	—	9.	—	—	(;)	post navigationis et delendum post territorii
—	—	—	23.	—	—	<i>habuerunt</i>	pro <i>habuerunt</i>
—	72	—	11.	Delendum est	(,)	post inventa	
—	—	—	20.	Ponendum est	<i>exercitii</i>	pro <i>ercercitii</i>	
—	—	—	28.	—	—	<i>conveniunt</i>	— <i>conveniunt</i>